

Faint, illegible handwriting at the top of the page.

Faint, illegible handwriting in the upper middle section.

Faint, illegible handwriting in the middle section.

Faint, illegible handwriting in the lower middle section.



Cajetanus Camara (p. 7).



PROVINCIA DI TORINO

BIBLIOTECA

R c 268

~~Ex libro...~~

Ex libro R. P. Riccio J. Baptae Cornuti
à prablungo Bugelle et in Lago Toscani
Riccius

1051

41-4



HIERONYMI FEDERICI
Dei, & Apostolicæ sedis gratia
Episcopi Laudensis.

Nunciij cum facultate Legati de latere,
Et Visitatoris

*A Sanctissimo D. N. D. Gregorio PP. xiiij.
In toto Serenissimi Sabaudia Ducis
Dominio Deputati.*

GENERALIA DECRETA IN VISITATIONE
EDITA.

ADIECTIS PRÆTEREA
*Ad extremum summorum Pontificum
constitutionibus.*

Et Tridentini Concilij Decretis, quæ
tùm Populo, tùm Clero sunt
enuncianda.



TAVRINI.

*Apud hæredes Nicolai Beuilaqua.
Anno Domini. 1577.*

Ex Bibliotheca Capuccinorum Bugelle

EMANVEL PHILIBERTVS,

Dei gratia Sabaudia, Chablais, Augusta, & Gebennensis Dux, Sacri Romani Imperij Princeps, Vicariusq; perpetuus, Marchio in Italia, Princeps Pedemontium, Comes Gebennarum, Baugiaci, Rotundimontis Nicee & Astę, Baro Vaudi, Gay, & Faucigniaci, Bressie, Vercellarum Marchie Ceue, & Onelię &c. Dñs.



QUOD Summopere concupiui-
mus frequenterq; ex animo a
Reuerendis. D. Episcopo Lau-
densi Nuncio, & Visitatore
Apostolico postulauimus, id
tandem summi Dei gratia adiuuante, prae-
stitum est; ut per agratis iam omnibus ferè eccle-
sijs, & locis, tam citra quam ultra montes in
ditione nostra positis, ea quę ad ecclesiarum cul-
tum & morum, tum cleri, tum populi pertine-
rent confirmationem, statuerentur. quia uerò
parum esset, multa ijs de rebus decreuisse nisi ijs
ad quos spectat, ea diligenter obseruarent. Ideo
nihil magis Cupientes quam ut in uniuerso
Dominio nostro, Deus ipse Maximus, a quò
illud accepimus, rite recteq; colatur, et Sancta-
rum ecclesiarum nitor cultusq; effulgeat, popu-
lorumq; animi, tum uerò clericorum qui prae cæ-
teris præluere debent christiana pietate im-

buantur ita ut illorum opera ac mores alijs qui
in tenebris uiuunt uiam Domini cōmonstrent.
Ideo districtē omnibus Gubernatoribus no-
stris, Potestatibus, officialibus, uel Ministris
quibuscunq; iubemus, ac precipimus, ut Episco-
pis ac Parochis ipsis, cum opus fuerit, præs-
tō sint, semper requisiti, eisq; omnem opem & bra-
chij Secularis auxilium opportunum ita præs-
tent ut omnia & singula quae a dicto Reueren-
dijs. Nuncio ac Visitatore Apostolico uisitā-
tionis gratia sancita sunt inuiolabiliter obser-
uentur, Saluis tamen priuilegijs & indultis
nobis & praedecessoribus nostris a Sancta Sede
apostolica concessis, necnon iurisdictione nostra
cognoscendi in causis mixti fori iuxta iuris
communis dispositionem alijsq; iuribus nobis
competentibus quae semper salua esse uolumus.
Dat. Augusta Taurinorum, Idibus Septem.
M. D. Septuagesimo septimo.

Emanuel Philibert.

V. Ottauiano Ozaſco.

Lacreste.

I N D E X.

TITVLI PRIMAE PARTIS.

De fide Catholica & de ijs, quæ ad illam Ecclē-
fiam spectant.

D E Fidei professione	pag. 7
De Hereticis	p. 10
De Maleficis, & sortilegis	p. 12
De Blasphemia	ibid.
De sanctorum reliquijs	p. 14.
De sacris imaginibus	p. 15.
De actionum Christi, et sanctorum representatio- nibus	p. 16.
De doctrine Christianæ initijs	p. 17
De ludi Magistris	p. 18
De præbenda Theologicali	p. 19.
De prædicatione verbi Dei	ibid.
De festorum dierum cultu	p. 24

TITVLI SECVNDÆ PARTIS.

D E Ecclesiarum cultu, & pia in eis versandi ratione	p. 27
De Velo Mulierum	p. 29
De Ecclesia	p. 30
De sedibus Mulierum ab Ecclesijs tollendis	p. 31

Pro

XI N D E X I

Pro sanctiſſ. Sacramento aſſeruando	p. 33
De Baptiſmali fonte	p. 37
De Altaribus	p. 39
De uaſe pro aqua benediſta	p. 42
De Sacrario	p. 43
De Confeſſorijs	ibid.
De fenestris	p. 44
De Sepulcris	p. 45
De Sacriſtia	p. 46
De Cœmeterijs	p. 51
De Crucis ſigno in Cœmeterijs, et in ſignioribus	p. 52
et locis erigendo.	p. 52

TITVLI TERTIAE PARTIS.

De ijs que ad Clerum pertinent	p. 53
D e Episcopis	p. 53
De Clericis	p. 65
De Canonicis	p. 70
De curam animarum gerentibus	p. 80
De Sacramentis	p. 85
De Baptiſmo	p. 86
De Confirmationis Sacramento	p. 89
De ſanctiſſ. Eucharistiæ Sacramento	p. 91
De ſancto Miſſæ ſacrificio	p. 96
De Pœnitentiæ Sacramento	p. 100

I N D E X.

De Præbenda Pœnitentiaria	p. 105
De Ieiunio	p. 106
De Ordinis Sacramento	p. 107
De Seminario	p. 111
De Matrimonio	p. 112
De Concubinarijs	p. 116
De Meretricibus, & lenonibus	p. 117
De extrema unctionis Sacramento	p. 118
De funeribus, & exequijs	p. 121
De Rogationibus, & alijs processionibus	p. 122
Communia de diuinis officijs	p. 125
De collatione beneficiorum	p. 128
De iure patronatus	p. 132
De Iudicali foro Episcopi	p. 133
De Archiuiis	p. 136
De Vicarijs foraneis.	p. 158


TITVLI QVARTAE PARTIS.

D E Regularibus	pag. 140
De Monialibus	p. 146
De Monialium Ecclesijs.	p. 149
De Clausura & ijs quę ad communem vitam sum ac proprietatem pertinent	p. 151
De Puellis educationis gratia in Monasterium recipiendis	p. 159
De Ministris Ordinarijs	p. 160
	Officium

INDEX.

<i>Officium Praefecte</i>	p. 163
<i>Officium Scribe</i>	p. 165
<i>De Confraternitatibus & piorum locorum adm-</i>	p. 167
<i>nistratoribus</i>	p. 172
<i>De Quaestoribus</i>	p. 173
<i>De bonis ecclesie non alienandis</i>	p. 175
<i>De Decimis & immunitate Ecclesiastica</i>	p. 176
<i>De Usuris</i>	p. 177
<i>De Montibus pietatis erigendis</i>	p. 178
<i>De excommunicatione</i>	p. 179
<i>De testibus synodalibus</i>	p. 181
<i>Quae generatim ad haec Decreta pertinent</i>	p. 181

ADIECTA AD EXTREMUM.

	<i>Formula quatuor librorum quos unus-</i> <i>quisque curam animarum gerens ha-</i> <i>bere debet</i>	p. 183
	<i>Horum omnium Decretorum promulgatio</i>	p. 188
	<i>Particula Visitandi Reuerendiß. Nunciij</i>	p. 189
	<i>Decretum Concil. Triden. de Clandestina Matri-</i>	p. 185
	<i>monia attentantibus</i>	p. 187
	<i>Eiusdem Decretum de ijs qui Decimas non sol-</i>	p. ead.
	<i>uant</i>	p. ead.
	<i>Eiusdem Decret. de Usurpantibus bona ecclesia-</i>	p. ead.
	<i>sica</i>	p. ead.
	<i>Eiusdem Decretum Contra impediētes liberta-</i>	p. ead.
	<i>tem</i>	p. ead.

I N D E X . I

<i>tem Matrimonij</i>	p. 188
<i>Bulla super forma professionis fidei</i>	p. 189
<i>Particula Bullæ in cæna Domini ad hereticos pertinens</i>	p. 192
<i>Bulla de Residentia in Parochialibus per Cano- nicos eas obtinentes facienda</i>	p. ead.
<i>Bulla prohibition. Blasphemie, Simonie, Concubi- nariatus, ac contra deambulantes in ecclesia necnon &c.</i>	p. 195
<i>Bulla super declaratione assignationum Vicarijs in unione beneficiorum facienda</i>	p. 200
<i>Breue super Societate Nominis Dei</i>	203
<i>Bulla de indulgentijs eidem Sodalitati concessis</i>	p. 205
<i>Regula eiusdem Sodalitatis cum alijs indulgen- eid. concess.</i>	p. 208
<i>Bulla pro depntandis Ecclesijs vel locis in qui- bus pueri erudiantur in doctrina Christiana, cum indulgen. &c.</i>	p. 210
<i>Bulla de Resignationibus per Ordinarios admit- tendis</i>	p. 212
<i>Constitutio a Medicis obseruanda</i>	p. 215
<i>Bulla de Confidentijs beneficalibus, beneficijs con- sistorialibus &c.</i>	p. 217
<i>Bulla de fructibus quos amittunt qui horas Ca- non. non recitant</i>	p. 223
<i>Reuocatio priuilegiorum & statutorum quod fru- ctus beneficiorum primi anni aut &c. cedant</i>	

I N D E X

capitulo

Ordinatio, quod Mandata que in forma Significavit, pro rerum subtractarum seu illas subtractarum restitutione sunt, ad eorum quorum interest solum instantiam expediuntur p. 227

Bulla de ingressu Mulierum in Monasteria. p. 229

p. 197

p. 200

203

207

208



p. 210

p. 212

p. 212

p. 217

p. 223

Hieronimus Federicus Dei, & Apostolicę
Sedis gratia Episcopus Laudensis.

Apud Serenissimum Sabaudię Ducem

Sanctiss. D. N. D. Gregorij Papę xiiij. Nuncius,
& Visitator apostolicus.



NT ER cętera multa legationis
nostra munera, non extremo qui-
dem ponendum est loco, salutare il-
lud, ac necessarium visitandi mu-
nus, quod à S. D. N. nobis non in-
iunctum est modo, data etiam eius
rei usq; ab initio amplissima fa-
cultate, sed & repetitis saepe literis prope inculcatum.
Ad hoc autem suscipiendum, quamquàm gravissimum
fore sentiebamus, non tam Sanctissimi ipsius Pontificis
iussa nos induxerunt, quàm Sereniss. Ducis, apud quem
Apostolici Nuncij fungimur officio, ardens desiderium, ac
pia quedam sollicitudo, qua et diuinum cultum augeri, et
Ecclesiarum dignitatem retineri, uel ubi collapsa est, re-
stitui, & subditorum suorum animos Christiana pietate
imbui mirifice cupit; non leuiter incenderunt. At cum
perlustratis iam multis, tam citra, quàm ultra montes
Ecclesijs, singula tamen loca inuisere minimè licuerit, tū
ob quamplurimas, & maximas, quibus continuò disti-
nemur, occupationes, tum, ob regionum etiam latitudi-

nem, & Viarum asperitates, ex multorum tamen locorum
 visitatione facile discere potuimus, quibus ferè in
 rebus tam ad Ecclesiarum cultum, quam ad morum ho-
 nestatem pertinentibus peccetur frequentius.

Quocirca præter ea, quæ singulis Ecclesijs, ac locis
 præscribentur, vel præscripta iam sunt, quibus genera-
 libus his decretis minimè derogatum volumus, hæc uni-
 uersè decernimus, & sancimus. Quicumq; autem con-
 tra, quàm his decretis præscriptum est, illo modo fece-
 rit, is præter eas pœnas, quas dabit ex sacrorum Cano-
 num, & Conciliorum iure, necnon & apostolicarum san-
 ctionum, è quibus hæc ferè deprompta sunt omnia, eas
 etiam subibit, quæ à nobis constitutæ sunt, atque alias
 etiam grauiores Episcopi arbitrari constituendas.

PRIMA PARS.

DE FIDE CATHOLICA,
& de ijs, quæ ad illam tuendam
spectant.

DE FIDEI PROFESSIONE.



*NA M sanctam fidem catholicam, quam
Unigenitus Dei filius in terris docuit,
quamq; sacrosancta Apostolica Roma-
na Ecclesia, omnium ecclesiarum mater,
et magistra unice colit, ac tuetur, om-
nes, qui Christiano nomine censeantur, uno ore profiteri de-
bent. Quare ut ab illa, sine qua, ut ait Apostolus, impossi-
bile est placere Deo, initium sumamus, hec ad eius profesio-
nem, et cõseruationem pertinentia edicimus, ac iubemus.*

*Ij omnes, qui beneficia ecclesiastica obtinent, vel in
posterum obtinebunt, in proxima futura Diocesana Syno-
do, si id hætenus præstitum non est, eam fidei Catholi-
cæ præstent professionem, ijsque verbis conceptam, quæ
à felicitis recordationis Pio IIII. Pont. Max. literis eo
nomine editis præscripta sunt, cuius quidem professionis
formula hæc est.*

*Ego N. firma fide credo, & profiteor omnia, & singu-
la, quæ continentur in symbolo fidei, quo sancta Roma-
na Ecclesia utitur. Videlicet. Credo in unum Deum
patrem omnipotentem, factorem cæli, et terre, visibilibus
omnium, & invisibilibus; Et in unum dominum Iesum
Christum*

Christum, filium Dei unigenitum, & ex patre natum ante omnia secula; Deum de Deo, lumen de lumine; Deum verum de Deo vero; Genitum, non factum; Consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt; Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de caelis, Et incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine, et homo factus est; Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est; Et resurrexit tertia die secundum scripturas; Et ascendit in caelum, sedet ad dexteram patris; Et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos, & mortuos, cuius regni non erit finis: Et in spiritum sanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre, filioq; procedit; Qui cum Patre, & filio simul adoratur, & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas: Et unam sanctam catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum; & expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi saeculi. Amen.

Apostolicas, & Ecclesiasticas traditiones, reliquasque eiusdem Ecclesiae observationes, et constitutiones firmissime admitto, & amplector.

Item sacram scripturam iuxta eum sensum, quem tenet, et tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum scripturarum, admitto; nec eam unquam nisi iuxta unanimum consensum Patrum, accipiam, & interpretabor.

Profiteor quoque septem esse vere, & proprie sacramenta

7

menta nouę legis, a Iesu Christo Domino nostro instituta, atq; ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam unctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaq; gratiam conferre, & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse.

Receptos quoque, & approbatos Ecclesię Catholicę ritus, in supradictorum omnium sacramentorum solemnii administratione recipio, & admitto.

Omnia, & singula, quę de Peccato originali, & de Iustificatione in sacrosancta Triden. Synodo diffinita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio.

Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium, et propiciatorium sacrificium, pro uiuis, & defunctis; atq; in sanctissimo Eucharistię Sacramento esse, uere, realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem, unã cum anima, & diuinitate Domini nostri Iesu Christi, fieriq; conuersionem totius substantię panis in corpus, & totius substantię uini, in sanguinem, quam conuersionem, Catholica Ecclesia Transubstantiationem appellat.

Fateor etiam sub altera tantum specie totum, atque integrum Christum, uerumq; sacramentum sumi.

Constanter teneo Purgatorium esse, animasq; ibi detentatas fidelium suffragijs inuari, similiter & Sanctos unã cum Christo regnantes, uenerandos, atq; inuocandos esse, eosq; orationes Deo pro nobis offerre, atq; eorum

rum

rum Reliquias esse venerandas.

Firmissimè assero imagines Christi, ac Deipare semper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas, et retinendas esse, atq; eis debitum honorem, ac uenerationem impertiendam.

Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumq; usum christiano populo maxime salutarem esse affirmo.

Sanctam Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium ecclesiarum matrem, et magistram agnosco: Romanoq; Pontifici, beati Petri, Apostolorum Principis, successori, ac Iesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo, ac iuro.

Cetera item omnia a sacris Canonibus, & Oecumenicis Concilijs, ac precipue à sacrosancta Trid. Synodo tradita, diffinita, & declarata, indubitanter recipio, atq; profiteor: simulq; contraria omnia, atq; hæreses quasunque ab ecclesia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reijcio, & anathematizo.

Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo saluus esse potest, quam in presenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & inuiolatam, usque ad extremum vitæ spiritum, constantissime, Deo iuuantem, retinere, & confiteri, atque à meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & predicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem. N. spondeo, & iureo, ac iuro: Sic me Deus adiuet, & hæc sancta Dei Evangelia.

Qui præterea de beneficijs Curatis, aut Canonicatibus providebuntur, ij non ante in beneficiorum mittantur professionem, quam dictam fidem profiteantur, in Episcopi, vel Vicarij providentis, uel admittentis manibus. Canonici autem præter eam, quam in manibus Ordinarij fecerint, omnes eandem iterum in Capitulo faciant professionem primo quoq; tempore.

Quicumq; item literarias, uel liberales artes exercent, uel si etiam prima Grammatices doceant rudimenta, publicè, uel priuatim interpretando, quouis nomine Pedagogi, uel Ludi magistri, duorum mensium spacio, uel ostendant se fidei professionem præstitisse, uel re ipsa præstent in Ordinarij manibus, in cuius diæcesi munus docendi exercent.

Qui uerò id muneris suscepturi sunt deinceps, non ante id exercere ijs permittatur, q̄ fidem Catholicam ad suprädictam formulam professi fuerint.

Horumque, & aliorum omnium nomina, qui fidei professionem præstare debent, certo libro in Episcopali Archiuo perpetuò asseruando diligenter, atque ordine adnotentur.

Quicumq; laici, uel clerici sint, seculares, uel regulares Doctoratus, uel Baccalaureatus, aut alios susceperint gradus, siue quouis pacto legendi, aut interpretandi, uel docendi munus exercuerint, uel publicè, uel priuatim, ij omnes fidem catholicam profiteantur, ad eam, quam supra diximus, formulam, ea tamen, quòd ad regulares atti-

-rulin

net, adiecta conditione, ut cum intra septa monasterij, uel honoris gradū suscipient, uel docendi munus præstabunt, in manibus superiorum eos diētā fidem profiteri sufficiat; cum autem extra monasteria supradictos gradus suscepturierunt, uel munera præstituri, non ante admitti eos uolumus, quā in Ordinarij manibus catholice fidei amiserint professionem.

Quia uero non minus necessarium esse uidetur, ut de eorum, qui ad prædicandum uerbum Dei, uel ad audiendas confessiones dimittuntur, fidei constet integritate, quæ eorum, qui docendi munus exercent, æquum certè est, ut neq; ad illorū alterū unq; admittatur, nisi eadem prius fidei præstita professione. Quare id edicimus, et iubemus, ut cū Regulares, quicumq; illi sint, uel prædicandi uerbi Dei causa, uel, ut ad confessiones audiendas probentur, se coram Ordinario præsentabunt, ij non ante admittantur, quæ de fidei Catholice professione in eorum manibus, ad quos pertinebat, facta legitimum exhibuerint testimonium, aut, si id non antea præstiterint, in ipsius Ordinarij manibus præsentent omnino.

DE HAERETICIS.

HAeresis. crimen, quod longè omnium grauissimè Diuinam Maiestatem offendit, & quasi pestilentissimus morbus ad perdendas fidelium animas, à Diabolo disseminatus, simplicium mentes, nisi opportunis, acriter

ribusq; remedijs occurratur, miserabili cum strage inficit, atque in Gehennam trahit, comprimere oportet, omni, quæ maiori fieri potest, vigilantia, ac sollicitudine.

Episcopi igitur, ad quos dominici gregis custodia maxime pertinet, quiq; sibi ab Innoc. iij. in Concilio generali seuerissimam depositionis pœnam, si hac in re negligentes, uel remissi fuerint, comminatum meminisse debent, omni studio, ac diligentia in eam præcipuè curam incumbant, ut hæreticos omnes, tanq̃ rapacissimos lupos ab agnis dignoscant, agnitosq; coerceant, pessimaq; hac, & lethali animarum lue, ciuitates, et diœceses suas omnino expurgent; Edicto etiam quotannis, ubi eis expedire videbitur, publicè proposito, quo omnes suæ diœcesis homines admaneant, atq; eis sub excommunicationis lata sententiæ pœna id iubeant, ut quicumque hæreticum aliquem, aut eo nomine suspectum, uel infamem, aut à fidei Catholice integritate quouis modo aberrantem, aut libros hæreticorum legentem, uel scienter apud se habentem nouerit, infra decem dierum, postq̃ id norit, terminum eius nomen ad Episcopum ipsum, uel ad Inquisitorem deferat.

Parochis autem omnibus iubemus, Ut huiusmodi edictum, ubi Episcopi iussu promulgatũ erit, cum illa Bullæ in Cœna Domini legi solitæ particula ad hæreticos pertinet, quam infra adnotari iussimus, bis in singulos annos, Aduentu scilicet, & Quadragesima ineunte, cum populus in Missæ sacro frequentior aderit, de scripto pronuntient, atque euulgent.

DE MALEFICIS, ET

Sortilegis.

Q Vicunque villo Artis Magicæ, aut veneficij, vel maleficij, vel sortilegij genere morbos depellere, tempestates inducere, vel quouis modo aeris, aut maris constitutionem immutare se posse profitentur, ij ab Episcopo acerrime puniantur, & à fidelium communionem arceantur.

Omnes præterea, qui se futura prædicturos, furto sublata, aut etiam thesauros absconditos commonstratos imperitis, & curiosis hominibus, quorum corda facile subuertuntur, magna cum animarum iactura pollicentur, graui poena afficiantur.

Illiq; item, qui eiusmodi diuinatores, coniectores, ariolos, & cuiusuis generis magos consuluerint, vel, ut consulerentur in causa fuerint, seuerè coerceantur;

Si qui uerò in eiusmodi diuinationibus, aut cuiusuis generis incantationib. aliquid gesserint, aut immiscuerint, quod heresim manifestam sapiat, in eos, ut hæreticæ prauitatis reos agatur, iuxta sacrorum canonum constitutiones.

DE BLASPHEMIA.

Graue nimis, ac detestabile est scelus, quòd eum, quem Cælum, & terra, & omnia qua in eis sunt, uti vniuersarum rerum conditorem perpetuò uenerantur, ac laudant, ingratißimi, atq; impijßimi homines, qui illum quoq;

quoq; , ut piissimum Redemptorem, debent recognoscere, blasphemare, aut execrari non exhorrescunt. Quare ut nefanda adeo pestis ab agro Dominico, quoad eius fieri potest, eradicetur, inuigilent Episcopi, ut ijs, quæ à sacris Canonibus, & præsertim à Leone Papa X. in Concilio Lateran. et nouissimè à Pio V. constitutione eo nomine edita contra blasphemos constituta sunt, pœnis in huius criminis reos seuerissimè agatur.

Quisquis igitur in Deum ipsum, aut unigenitum eius filium Dominum nostrum Iesum Christum, aut eius sanctissimam Genitricem semper Virginem Mariam, blasphemias, aut maledicta iacere ausus fuerit, is viginti quinque, auri pœna mulctetur; si iterum in idem inciderit crimen, quinquaginta; si tertio centum, atq; præterea ignominia notatus exilij pœna, absq; ulla uenia spe grauitèr puniatur. Quod si is soluendo non fuerit, prima uice uinctis post terga manibus, diem festum integrum ante fores maneat Ecclesiæ; secunda uice uirgis denudatos humeros per frequentiores uias ductus palam cœdatur: tertia autem lingua prius palam perforata, ad perpetuas triremes mittatur, nunquam inde redimendus.

Si autem Clericus tanti sceleris fuerit reus, primo fructibus unius anni suorum omnium beneficiorum; Secundo beneficijs ipsis priuetur; Tertio omni etiã dignitate exutus deponatur, atq; in perpetuum exilium agatur. Quod si nullum obtinuerit beneficium, pœna prius pecuniaria, uel corporali iuxta illius conditionem arbitrio iudicis coerceatur.

tur, tum carceribus ad tempus aliquod mancipetur, postremò autè deponatur, et ad triremes perpetuò relegetur.

Qui reliquos sanctos Dei blasphemauerit, in eum pro crimine, loci, ac personæ ratione grauius arbitrato suo Episcopi animaduertant.

Si quis verò tam Clericus, quàm Laicus blasphemias aliquas hereticalia uerba continente s proferre non horruerit, in eum etiam per sanctissimum Inquisitionis officium erit inquirendum, & iuxta Canonicas sanctiones procedendum.

Vt autem diligentius ad tam nefarium scelus è populo Dei tollendum incumbatur, Episcopi in singulis parochijs homines aliquos zelo religionis accensos conuocari à parochis iubeant, ut Sodalitatem nominis Dei omninò instituant, præscriptasq; eidem Sodalitati regulas, unà cù Indulgentijs in Bulla expressis, quam San. mem. Pius V. eius rei causa edidit, de scripto recitent, ac promulgent frequenter, quam quidem eam ob causam his decretis adiungi volumus.

DE SANCTORVM RELIQUIIS.

Gloriosum adeo se ostendit Deus in sanctis suis, ut non solum eos in Cælis gloria eius beatissima perfruentes in terris coli, sed illorum etiam corpora, nempe quæ uiua membra Christi fuerunt, necnon pura spiritus sancti tabernacula, quin ossa singula, ac cineres, reliquiasq; omnes à fidelibus suis in magna ueneratione, ac religione haberi

haberi uoluerit. Quare, ut debitus eis cultus adhibeatur, præter ea, quæ à Tridentina Synodo sancita districtè seruari debebunt, hæc statuimus.

Vt in honestioribus Ecclesiæ, uel Sacristiæ locis, atq; in uasculis decentibus, & quò per facultates licuerit, preciosioribus asseruentur.

Vt non leuem ob causam, sed pietatis tantum gratia populo exponantur, diligenti habita dierum, & personarum, quibus ostendendæ erunt, ratione, tumque cum luminibus accensis.

Cum autem aliqua occasione in Altari erunt exponendæ, uel in processionibus circumferendæ, per clericos tantum in sacris ordinibus constitutos deferantur.

Ne autem unquam quæstus gratia, qui Christianam pietatem, ac deuotionem ab animis fidelium uolenter nimis eliminat, ostendantur, quàm diligentissimè providebit Episcopus.

DE SACRIS IMAGINIBVS.

IMagines uero sanctorum, uti mirum in modum animos fidelium ad Christianam excitant pietatem, si ritè, pieque pietæ, sculptæq; sint, ita studendum est, ut in ijs effringendis omnis lasciuia, & procax uenustas uitetur. Quare in Ecclesijs, pijsuè locis ne ullæ in posterum pingantur imagines, quæ non prius ab Episcopo, uel eius Vicario Generali, si in urbe, uel Foraneo, si in diocesi, probatæ sint.

Quæ.

Quæ ita pictæ, aut sculptæ iam sunt, ut uel religioni, uel honestati repugnent Christianæ, omnino quâ primum deleantur; Fractæ item, uel sordibus, aut situ obductæ honesto decori, si fieri potest, restituantur, alioquin si tales sint, ut uerisimiliter uel risum moueant intuentium, uel deuotionem quauis ratione diminuunt, eas omninò aboleri, aut comburi, cineres autem ipsos integrè colligi, atq; in sacrario re poni iubemus.

DE ACTIONVM CHRISTI, & Sanctorum Representationibus.

Q*ui olim piè, sanctèq; introductus fuerat usus representandi sacrosanctam Christi Domini Passionem, gloriososq; sãctorum Martirum triumphos, sacras uè alias actiones, hominum pueritate, aut Diaboli calliditate, ac fraude eò deductus est, ut nõ leuem animabus Christi afferat offensionem; Ideo Saluatoris nostri mortem, tam in profano, quã in sacro loco more tragico representari omnino prohibemus, sed illa poterit à Concionatoribus doctè, grauitè, pièq; eatenus exponi, ut pietatem, ac lachrimas commoueat auditoribus; ipsq; externis actibus, qui ex Ecclesiæ ritu probati ad risum, uel ad iocum nequaquam commouere animos possunt.*

Sanctorum quoq; actiones, et martyria, ne agantur, nisi ab Episcopo prius diligenter fuerint recognita, qui tamen raro eius rei facultatem concedet, atque imprimis curabit

rabit, omnia tam gestus, quam Verba ita composita esse, ut eorum, qui audiunt, mentes ad pietatem, sanctorumque imitationem, ac uenerationem excitari facile queant. Si qui uerò tam Clerici, quam Laici contra hoc decretum res sacras agere, uel representare ausi fuerint, ij seuerè Ordinarij arbitrio mulcentur.

DE DOCTRINAE CHRISTIANAE INITIIS.

Quibus pueri principijs ab annis teneris imbuuntur, ea non solum retinere solent toto uite suae curriculo, sed etiam iuxta ceptam uiam incedentes, ad propositam sibi metam, quanquã longis itineribus, facilius peruenire. Quare, cum ijs omni cura prima fidei Christianae rudimenta sint tradenda, quibus, quasi lacte enutriti, solidiore deinceps cibo, & Christianarum uirtutum incrementis adaucti, ueri, & perfecti Christi discipuli euadant, illud edicimus, ac sub graui pœna arbitrio Ordinarij irroganda mandamus, ut Parochi omnes singulis Dominicis, & alijs festis diebus, in sua quisque parochia pueros à prandio, & ante Vesperas, proprio campana sono dato signo ad Ecclesiam conuocent, eosque fidei nostrae doceant initia, atque ad obedientiam tum Deo ipsi, tum parentibus præstandam diligenter erudiant.

Quod ut studiosius præstetur, id etiam pro sua pietate curabunt Episcopi, ut in singulis parochijs doctrinae

Christiana Sodalitas quæ primum instituaturs, cuius ope ipse parochus in eo munere adiuuetur.

Piorum autem hominum Studium, ad illud pietatis officium amplectendum, non mediocriter excitare poterunt Indulgentiæ à Pio V. huiusmodi sodalitatibus concessæ, cuius literas ea de re editas inferius adnotari curauimus, ut ea quotannis frequentiori populo, die Dominica proxima ante Kal. Maij, uel alia Ordinarij arbitrio promulgentur.

DE LVDI MAGISTRIS.

C*urent Episcopi, ut Ludi Magistri, non in Urbibus solum, sed etiam in oppidis omnibus, et diocesis locis frequentioribus ab ijs, ad quos pertinet, nulla impensæ habita ratione, ubi fieri poterit, publicè conducantur, qui non minus fidei integritate, moruq; castitate, quàm doctrinæ, & scientiæ laude præfulgeant.*

Ipsi autem docendi munus non ante suscipiant, quàm se Ordinario, uel Vicario generali in Vrbe, aut Foraneo in diocesi presentauerint, atq; in eius manibus supradictam fidei professionem emisserint. Cuius rei testimonium scriptum, et obsignatum, gratis tamen ab Episcopo, uel Vicario concedendum, parochis ostendant, in cuius parochia munus docendi, præstituri sunt; Si secus fecerint, eos quàm primum parochi ad Episcopum deferant, ut graui aliqua pœna ipsius Episcopi iudicio constituenda puniantur.

In scholis ij tantum libri, qui sanam, & Catholicam doctrinam contineant, pueris interpretandi adhibeantur; Ex ethnicis autem ne ullo pacto obscena, aut turpia, quae simplices puerorum mores corrumpunt, continentes.

Discipuli in fidei rudimentis, & Christianae religionis praecipuis erudiantur, & ab ipsis literarum Magistris festis diebus, praeter Missae sacrum, quod Christianus quisque ex praecipuo Ecclesiae audire debet, ad ea perdiscenda in Ecclesiam deducantur, seduloque ita instituantur, ut quae didicerint, re ipsa exequi studeant.

DE PRAEBENDA THEOLOGALI.

Quod sanctè à Concilio Tridentino, de praebenda Theologali in singulis Cathedralibus, et Collegiatis oppidorum insignium erigenda institutum est, id ubi re ipsa nondum est praestitum, curent Episcopi, ut quod primum fieri poterit, praestetur, ac decreto Concilij satisfiat, quae deinceps praebenda ei tantum, qui ad munus interpretandi per se ipsum obeundum idoneus sit, conferatur.

DE PRAEDICATIONE

Verbi Dei.

Inter omnia Episcopalia munera, praecipuum esse Verbi Dei praedicationem, nemo est, qui iure ambigat, cum

& Christus ipse Apostolos dimissurus ad fidem suam pro-
 pagandam, eis dixerit, Euntes in vniuersum mundum
 predicare Euangelium omni creatura, et Apostolus Pau-
 lus ad Timotheum, quasi illum obtestans, atq; in iudicium
 vocans coram Deo, & Christo Jesu, qui iudicaturus est
 viuos, & mortuos, Predica, inquit, verbum, insta
 opportunè, importunè, argue, obsecra &c. Quare do-
 ctrinam Apostolicam, imo uerò Christi ipsius doctrinam
 secuti, necnon & grauissima Concilij Tridentini aucto-
 ritati innixi, Episcopos omnes uehementer in domino hor-
 tamur, ut populos sibi concreditos in suis præsertim Ec-
 clesijs, tanq̃ proprio animarum pabulo, salutari Dei uer-
 bo pascant, quod si leuem ob causam præstare omiserint,
 sciant se districtam Christo ipsi in suprema iudicij die,
 tam necessarij prætermisisti officij rationem esse reddituros.

Quòd si uerè impediti fuerint, maximè idoneos viros
 deligant, per quos ex eiusdem Concilij Tridentini decre-
 to muneri suo studiosè satisfaciant, ut non tantum Ad-
 uentus, & Quadragesima tempore, sed & omnibus Do-
 minicis, ac solemnibus festis diebus in Ecclesijs Cathe-
 dralibus toto anno concio habeatur.

In Parochialibus autem, aut curam aliàs animarum ha-
 bentibus ecclesijs, Rector quilibet oues sibi commissas pro-
 illarum intelligentia salubri pascat doctrina, festisq; om-
 nibus diebus populum suum in Missa alloquatur.

Quia tamen in Visitatione paucissimos ad prædicandum
 aptos comperimus, ideo infra duos menses ab huius decreti
 promul-

promulgationis die numerandos, Parochus quisq; coram Ordinario compareat, diligenti examine probandus, an ad id munus prestandum sit idoneus. Quod si ad id minus aptus fuerit iudicatus, coadiutor ei detur, quantum inueniri poterit, idoneus, qui illius suppleat uices, aut si propter fructuum tenuitatem, coadiutorem habere non possit, è libro aliquo saltem Homiliarum approbato, uel Catechismo Romano in uulgarem sermonem conuerso (cum etiã in Gallicam linguam diligenter uersus habeatur) aliqua ipse recitare non omittat, quæ auditorum animos ad summi Dei, et proximi intimam dilectionem possint accendere.

Qui concionandi officio fungentur, eam imbunt rationem, ut ne quicquam ab Ecclesiæ Catholica sensu, aut à consentiente sanctorum Patrum auctoritate alienum proferant; Ne ué futura ex sacris literis diuinare, uel alicui euentui certum diem statuere audeant.

Ne historias apocryphas, ne ué miracula minus probata narrare assuescant.

Ne ridicula, aut leuia, uel risum mouentia recenseant, sed grauitè, purè, et sincerè, et qua fieri potest, facilitate uerbum Dei pronuncient.

Ne hereticorum rationes, & argumenta referant, apud imperitam præsertim multitudinem. Quod si aliquando impia eorum dogmata pro loci, aut temporis ratione erunt confutanda, id non proluxa disputatione, sed grauibus faciant, ac solidis rationibus, & argumentis, ex sacra scriptura, & sanctorum Conciliorum, & probatæ antiquæ

antiquæ consuetudinis auctoritate, & Catholicorum patrum consensu depromptis.

Ne quid obscure, uel ambiguè exponant, quod auditores incertos, aut suspensos reddere, aut eis uariè intelligendi occasionem præbere possit.

Ne fucata oratione, aut inanibus utantur uerbis, quibus se magis ostentandæ eloquentiæ, uel doctrinæ, quam salutis animarum causa, id muneris obire ostendant, suiq; ipsius esse potius, quàm Iesu Christi prædicatores; Sed Euangelia, & Epistolas, quæ in Missa recitantur, dilucide, ac fideliter explicent, oblatiq; in dicendo occasionibus, ad Orationis dominicæ, Apostoliciq; Symboli, & Decem legis præceptorum, necnon & Septem sacramentorum Ecclesiæ, sacrorumq; rituum, & solemnitatum explanationem frequenter diuertant.

In arguendis autem uicijs, ut acriores se præstare debent, ita etiam se pietatis, ac charitatis studio, non hominum, sed peccatorum odio adductos id facere significant. In ea autem uicia, in quibus populos frequentius peccare intelligunt, uehementius inuehantur.

Ne quenquàm expressis, aut tacitis uerbis commoestantes insectentur.

Ne illos in dignitate Ecclesiastica, aut seculari constitutos asperius reprehendant, sed pia potius, ac miti moneant oratione; Populos autem ipsos doceant, Præpositis suis, qui à Deo sunt, etiam discolis potius obedire, quàm eorū nomini, aut existimationi quicquā unquā detrabere.

In id autem præsertim omni animi contentione, et omnibus orationis nervis intendant, ut omnes Christi fideles, ad veram, solidamque pietatem erudiant, & quæ sint uniuscuiusque partes, & officia, patris scilicet, & filij, viri, & uxoris, domini, & serui, solutæ, & coniugatæ, virginis, & viduæ, iuuenis, & senis, laici, et clerici, priuatæ, ac publicæ personæ frequentius demonstrent.

Dei præcepta non solum seruanda esse doceant, sed & modum ostendant, quo seruari illa Deus voluerit.

Sæpe autem fideles ad perfectiorem vitam amplectendam efficacius hortentur, ut non grauiores tantum, sed leuiores etiam culpas sibi fugiendas proponant, quod ut facilius præstent, frequenter peccatorum suorum sacerdoti approbato faciendam confessionem, & sacrosanctam Eucharistiam sumendam commemorent, ac sæpius inculcent.

Indulgentias populo ne promulgent, nisi de Episcopi, aut Vicarij consensu; de quibus cum sermo inciderit, illarum & impertiendarum potestatem in Ecclesia à Christo Domino relictam, et usum maxime fidelibus salutarem esse doceat, Neminem paupertatis nomine, nisi quem Episcopus commendandum iudicauerit, populo commendent.

In primis autem id sibi cauendum statuunt, ne quod verbis ædificauerint, id moribus destruant, ne uel cum alijs prædicauerint, ipsi reprobi fiant.

Quæ omnia ut diligenter à Concionatoribus obseruentur, curabunt Episcopi omni sollicitudine, ipsique cum impediti prædicare non poterunt, sacris concionibus interesse ne

ullo

illo pacto omittant, mandentq; itidem omnib. Ecclesie Cathedralis Canonicis, ac ministris, cuiuscunq; dignitatis illi fuerint, ut ne à concione ullo pacto discedant.

Si qui autem huic præcepto obedire recusauerint, præter illius diei distributionem, quam prima uice amittent, grauiter præterea Episcopi arbitrato coerceantur; Quomodo enim Laici ad audiendum Verbum Dei inuitati alacriter accedent, si Clerici qui Dei seruitio addicti magis, atq; ad officia pietatis amplectenda promptiores esse debent, ad id segnes, aut remissos se ostenderint?

Loca autem uirorum, ac mulierum, ubi per Ecclesiarum magnitudinem fieri poterit, distinguenda curabit Episcopus, qui ad id facilius exequendum, magistratum, & secularium consilium, atq; opem adhibere poterit.

DE FESTORVM DIERV

C V L T V.

EA est morum corruptela, atq; ab omni diuina, & humana lege aliena, ut qui Deo dicati sunt dies, & ad ipsius, & sanctorum celebrandas laudes instituti, in non modo sanctè, pièq; ut par esset, non colantur, sed seruilib. etiã operib. uilibusq; officijs uiolentur, ijsq; ipsis homines ad diuinam iram, & suarũ animarũ perniciem abutantur.

Nos igitur sacrae Tridentinae Synodi auctoritate, summorum Pontificum decretis, nouissimè autem Pij V. Pontificis constitutione hac de re edita innixi, Patrumq;

instituti, tum maximè Imperatorijs ipsis legibus adducti, hæc statuenda censuimus.

Ne festo die, qui vel Ecclesiæ præcepto, vel loci consuetudine colendus est, quid uendatur, ematuruè, nisi quod ægrotis, aut illius diei victui necessarium sit.

Neuè res ipsas necessarias ante fores Ecclesiæ, minus autem in Cœmeterijs uendi liceat.

Ne ipsarum occasione officinæ apertæ ullo modo sint, sed ostiolo tantum patente.

Ac ne illæ ipsæ res necessariae tota die exponantur, Episcopus quisq; in sua diocesi certam horam illarum uenditioni præscribet, quanquam generaliter id omnibus locis, & temporibus conuenire uideretur, ut ab hora tertia, usq; ad decantatas Vesperas, nihil uendi posset, præter eâ, quæ ad ægrotorum pertinent curationem.

Ne mercatus, emporia, nundinæ uè fiant vsq; ad Episcopium; quæ uerò festo die fieri consueuerunt, ea in sequentem, uel antecedentem diem, qui tamen festus non sit, transferantur.

Qui secus facere ausus fuerit, is arbitrio Episcopi, præter earum rerum, quæ expositæ erunt, aut quæ equis, mulis, uel plaustris uehantur, amissionem, alijs etiam pænis usque ad interdictum inclusiuè mulctabitur, tum etiam seuerius si frequentiùs in id peccauerit, Episcopi arbitrato.

Studeant præterea Episcopi, ne ijs ipsis diebus personati homines incedant, ne tripudia, choreæ, saltationes,

præsertim publicè agantur; ijsq; horis saltem, quibus diuina officia celebrantur, quod omnino fieri prohibemus, maxime autem in Ecclesiarum conspectu, quod nullo unquam pacto ferendum est.

Ne circulatores præstigijs suis, aut inanibus spectaculis, fabulisuè, aut profanis cantionibus, populos detineant, neque quicquam omnino, etiam medicine nomine illis uendere liceat, præsertim diuinorum tempore officiorum, et ne ullo pacto ante fores Ecclesie.

Netandem actiones aliquas, operauè ulla à dierum festorum cultu aliena, uel quæ fidelium animos à christiana pietatis officijs abstrahere possint, agi, fieri uè permittant Episcopi.

Populi uerò ab ijs, ad quos pertinet, crebro doceantur, ut illud tempus sacrum, quod Dei cultui dicatum est, in diuinis officijs, concionibusq; audiendis, necnon in orationibus, maximisq; ac continuis Dei erga nos beneficijs recolendis, sanctè, assidueq; consumatur; præsertim autem, ut præter Missam, quæ sine grauissimi peccati culpa prætermitti non potest, præter Vesperas item, quibus fidelè quemq; nisi impeditum, interesse maxime conuenit, in doctrina Christiana rudimentis, omnes tam mares, quàm fœminæ, tam uiri, quàm pueri, uel perdiscèdis, si illa ignorent, uel alios perdocendis piè, soliciteq; uersentur.

PARS SECVNDA.
DE ECCLESIARVM CVLTV,
& pia in eis versandi ratione.



*E*cclēſias, quæ domus Dei ſunt, decet ſanctitudo, omnisq; honeſtas, ac cultus; quare & ſacri Canones ſæpe, & apoſtolicæ multę conſtitutiones, necnon ſacroſancta olim Concilia, præſertim uerò nuperri-
mè Tridentinum grauiam multa ea de re, ſanctaq; decreta conſtituerunt, atq; in ijs præcipuè, quæ hoc decreto noſtro perſtringere, atq; edicere uſum eſt; quæ quidem omnibus in Chriſto fidelibus obſeruanda proponimus, atque adeo ſub grauib; arbitrio Ordinarij irrogandis pœnis præcipimus, ac diſtriçtè mandamus.

Omnes igitur Eccleſiam humiliter, ac deuotè ingre-
diantur, atq; ingreſſi quietè, ac ſanctè conuerſentur, & pijs orationibus incumbant.

Flexis genibus ſanctiſſimum Sacramentum ueneren-
tur, adorentq;e. Diuinis omnibus officijs, præcipuè uerò ſacroſancto Miſſæ ſacrificio aſſiſtant, ea pietatis exteriori ſpecie, qua ſe non tantum corpore, ſed & magis men-
te, ac deuoto cordis affectu ad eſſe declarent.

Aperto, ſcilicet, capite ſemper, præterquam in ſolem-
ni Miſſa, & utroq;e genu, non altero tantum, flexo, niſi
dum recitatur Euangelium, quodq; ad medium, quodq;
ad finem Miſſæ dici ſolet; Quo enim tempore ſacri Euan-

gely uerba in Ecclesia recitantur, ex Anastasij summi Pontificis decreto, stare debent fideles, quod non in Missa solum, sed in alijs etiam diuinis officijs seruandum est; quare cum & in Vesperis Magnificat, & in Completorio Nunc dimittis, & in Matutinis Benedictus canitur, que certè ex Euangelio excerpta sunt cantica, nemini, neque etiam mulieribus, sedere fas est.

Ne quis præterea in Ecclesia, cuiuscunque gradus ille sit, deambulare audeat, circulos habere, aut negotijs secularibus operam dare, aut cum mulieribus suspectis colloqui, aut ad sanctissimum Sacramentum terga uertere.

Neuè Ecclesiam ingredi cum hastis, sclopetis, balistis, alijs uè huiusmodi armis, nisi Magistratum publici ministri sint.

Ne Altaribus, aut aque benedictæ, uel baptismi fontibus inniti, uel adherere.

Neque in templis, aut cæmeterijs comestationes, aut comotationes, choreæ, uel profani quipiam ludi fiant, neuè esculenta, aut poculenta uendantur.

Ne in Ecclesia quauis corpora defunctorum humentur, nisi in sepulcris sub terram concameratis, que tamen nullibi fiant deinceps, nisi facultate ab Ordinario scriptis concessa.

Si que uerò sunt alicubi ex lateribus, aut ex tabulis confecta sepulcra, siue ad terram proxima, siue suspensa sint in parietibus, ea diruantur statim, neque ulli cuiquam, deinceps construantur.

DE VELO MVLIERV M.

Religiosissimū illud institutum, ut mulieres nō nisi uelato capite Ecclesiam ingrediuntur, quod à Sancto Paulo Apostolo multis rationibus, & argumentis persuasum, & à Lino Summo Pontifice graui interdicti pœna adiecta confirmatum, aliquot huius Domini Ecclesiæ piè, sanctèque in usum reuocauerunt, & laudabiliter retinent, Illud nos etiam in totam Serenissimi Ducis nostri ditionem, ut ipse cupere se ostendit, summopere optamus inducere. Quare omnes mulieres cuiusuis gradus, ac conditionis in Domino hortamur, ut grauitatis illius, atque honestatis antiquæ memores, qua matronæ christiana nascentis Ecclesiæ initio capite uelato, non in Ecclesia solum, sed etiam per uias incedebant, huic nostræ facilem assensum præbeant hortationi, qua præcepti loco, quod iure quidem facere potuimus, ut humanius ageremus, uti uoluimus, plurimum confidentes, ut quæ ampliori fulgebunt nobilitate, ac dignitate, eò promptiores ad parendum, aliasque ut pareant, inducendum sese ipsæ præstabuunt.

Sacerdotibus autem omnibus tam secularibus, quam regularibus id omnino prohibemus, ne mulierem aliquam ad Pœnitentiæ, uel sanctissimæ Eucharistiæ sacramenta, aut ad suscipiendum in Baptismo, & in Confirmatōne, siue ad Matrimonium contrahendū ullatenus admittant, nisi illa uelo, uel panno, quod sericum esse permittimus,

ita caput tecta sit, ut nihil appareat capillorum, ne huic uelandi decreto prefracta interpretandi ratione fraudem fieri sinamus.

Qui secus fecerit, preter alias pœnas, quas arbitrio Ordinarii ei posse irrogari uolumus, graui etiam suspensionis pœna mulctetur.

DE ECCLESIA.

Cuiusvis Ecclesie Rector, illius, tanquam sponsæ suæ charissimæ, decorem, & ornatum summo opere diligere debet; quare omnem in eo curam ponat, ac diligentiam, ut illa semper undequaq; sarta, tecta q; sit, & ab omni sorde ita expurgata, ut nihil in ea appareat, quod intuentium oculos possit offendere.

At illud præcipue curabit, ut à superiori parte tegulis omnino bene sit tecta, paleis autem nequaquam; ab intus uero uel fornice, uel saltem tabulatis.

Parietes autem si non picti, at non rudes, nec inæquales, sed incrustati, & decenter calce limati.

Clauæ semper, & sera in foribus munita sit, ut tuto opportunis temporibus obserari possit.

Eius uero sit amplitudinis, præsertim si parochialis fuerit, ut totum populum ad diuina officia conuenientem commodè capiat; quòd si fortassis aucta populi multitudine angustior sit reddita, quam ut illum capere possit, eam quamprimum rationem ineat Rector, qua tum ex
Ecclesie

Ecclesię redditibus , si sufficiant , tum ex piorum hominum oblationibus , tum ex ere publico amplietur , uel reficiatur , aut etiam , si id opus erit , de nouo construatur .

Tum primo quoque tempore curet omnino , ut Episcopus ad illam ritè ex Pontificalis Romani prescripto consecrandam se conferat .

DE SEDIBVS MULIERVM ab Ecclesijs tollendis.

Non modicam id affert pijs oculis offensionem , quòd in omnibus prope Ecclesijs tot plus equo ample et extantes mulierum sedes , atque adeo frequentes cumulatę iam sunt , ut sessionis potius , quàm Orationis domus esse uideatur , iamq; uix pertransseuntibus ad orandum uiris , Clericis autem ne uix quidem ad supplicationes binis procedentibus transitus sit relictus ; quem quidem abusum eò creuisse maximè dolendū est , ut quò ampliores fuerint , altaribusq; ipsis propius posite sedes , id mulieribus ipsis maiori dignitati , atq; existimationi cedere uideatur .

Quare sancto Domus Dei zelo accensi id iubemus , atq; edicimus , ut infra nouem ab huius decreti promulgatione numerandos dies , quos quibuscunq; Ecclesiariū Rectoribus , & ministris tam regularibus , quàm secularibus , quacunq; illi fuerint dignitate , uel privilegio muniti

niti peremptoriè prescribimus, omnes eiusmodi sedes ab Ecclesijs tolli, & eliminari faciant; Quibus autè in Ecclesijs eo transacto termino id nondum prestitum fuerit, ea statim interdite sint, neq; in eis à quopià ullo pacto celebrari liceat, sub irregularitatis pœna, quam ipso facto subiturum declaramus, quicumq; in eis celebrare ausus fuerit dictis sedibus nondum sublatis, in quem preterea aget Ordinarius pœnis arbitrato suo pro cõtumaciè gravitate etiam usq; ad excommunicationem adiectis.

Sicut autem licere volumus mulieribus ijs, quarum fuerint sedes, eas uti proprias auferre, atq; in priuatos usus conuètere, si infra dictum terminum eas ab Ecclesijs amoueri iusserint, sic eo elapso nondum sublatis omnes, quarũcunq; illæ fuerint, Ecclesijs, in quibus positæ reperientur, omnino applicamus, ita ut Ecclesiæ Rectores, uel ministri liberè possint eas uel in Ecclesiarum commoda conuètere, uel etiam uendere, si eis libuerit, dum tamen inde redactum precium omnino in Ecclesiæ ipsius reparationem, uel ornamenta totum impendatur.

Quia uero ijs amotis sedibus, quasi sublato furo Ecclesiarum deformitas apertius conspicietur, pavimento, scilicet, multis in locis effracto, sepulcrisq; ipsis non la pideo clausis operimento, unde cadauerũ foëtor exhalans Ecclesiarum aerem inficere facile potest, hoc presertim pestilentie iam ferè ubiq; seuentis tempore, id preterea iubemus, ut pecunia ex dictarum sedum, ut supra diximus uenditione coacta, in sternendis pavementis insumatur,

sumatur, nam de sepulcris non ritè clausis id seruari volumus, quod infra, cum de sepulcris agemus, suo loco præscribetur.

Poterit tamen Ordinarius, ut aliquid mulierum com-
moditati concedatur, certam aliquam formam præscri-
bere, iuxta quam dictas sedes refici, aut de nouo constru-
i, certisque finibus in Ecclesia descriptis, quos præteri-
re nullo pacto liceat, citra Ecclesiæ impedimentum, aut
deformitatem, reponi permittat.

PRO SANCTISSIMO SACRA- mento asseruando.

Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in aere suspen-
sum esse, quod ipsi in aliquibus Ecclesijs conspexi-
mus in Visitatione, non tam indecorum, quàm pericu-
losum arbitramur; quare, ne id amplius fiat alicubi,
edicimus, ac decreto hoc nostro omnino prohibemus.

Sed quòd etiam in pariete, ornato quamquam loco,
ad Euangelij cornu seruetur, probare non possumus,
cum ad illud terga uertere sepe ministris sit necesse,
dum in Altari, & in Choro diuina persoluuntur officia.

Quocirca ita generaliter sancimus, ac decernimus,
ut in Ecclesijs omnibus, in quibus seruari solet San-
ctissimum Christi corpus, super maiori altari, tanquam
in Ecclesiæ loco digniori, collocetur; nisi fortasse in pe-
culiari aliqua extra chorum capella, conspicuo tamen,

E & in

Et insigni loco positum consueuerit decenter asseruari.

In tabernaculo ligneo, quod pro Ecclesiarum celebri-
tate, & facultatibus amplius, & pulchrius, magnifi-
centiusq; extructum esse debet, ab intus serico rubei,
aut cœrulei coloris ornatum; ab extra autem totum, uel
saltem maiori ex parte inauratum.

Tentorio, uel conopeo præterea, uno saltem ex seri-
co pro diebus festis, & altero pro serialibus ex subse-
rico panno, quod camellottum uocant, contextum, atque
ubi fieri poterit, quatuor adsint ex serico, uel ex uelo
confecta, quæ in singulas solemnitates, tum albi, tum ru-
bei, tum uiridis, tum cœrulei coloris, mutari ualeant.

Bene tutum, & clausum sit semper tabernaculum,
cuius clauem Rector ipse ne unquam alteri committat.

Ita collocatum, ut super altare minime ascendere oporteat
ad extrahendam, uel reponendam Eucharistiam.

Ostiolo ita aptato, ut in eo Sacramentum ipsum cum py-
xide, uel cum tabernaculo minori reponi, atq; ex eo e-
tiam extrahi commodè possit.

Vacuum sit omnino à reliquijs, atq; etiam ijs uasis
inanibus, quæ ipsius Sacramenti usui necessaria sunt,
ita ut nihil aliud prorsus ibi unquam sit, quam Sacra-
mentum, & uas illud, in quo ipsum intus conseruatur.

Sub illo extensum semper erit candidum corporale.

Vas autem ipsum, siue sit pyxis, siue tabernaculum
minus, tentoriolo serico, eoq; preciosiore contegatur sem-
per, quanquam etiam plura esse tentoriola maximè de-
cebit.

cebit, diuersorum, qui supra numerati sunt, colorum.

Tabernaculum minus pro ostendenda, uel in processibus deferenda hostia magna, totum sit inauratum, cum lunula saltem argentea, & scutulo item ex argento, ab omni ita parte reflexo, ut, si quæ fortè deciderint fragmenta, colligi possint.

Idem tabernaculum sit ad eam formam compositum, ut etiam insertam habeat scutulam, seu pyxidulam, qua deferri possit ad infirmos Sacramentum, quorum omnium materialis forma, uti conspicitur Taurini, ita etiam curet Episcopus quisq;, ut in suæ cathedralis Ecclesiæ sacristia ponatur, ad totius diœcesis instructionem quamq;, ubi non magna inopia laboretur, pixidē minorē ab ostensorio tabernaculo separatā haberi maxime deceat.

Pyxis autem maior solido ex argento constet, aut si cuppam tantum habeat argenteam, reliquæ omnes partes sint auro contactæ.

Quæ tot particulas capere commodè possit, quot eius parochiæ animæ sunt, quæ in die Paschatis solent communicare, nisi fortasse millenarium numerum excedant.

E regione Sacramenti præluceat semper lampas, non à lateribus; & lampadario ex ære, uel auralco decenti exornata.

Pro deferendo ad infirmos Sacramento bursam habeat Parochus quisq; ornatissimam, quæ collo annecti possit, in qua cum per diœcesim, ad loca remota, ad quæ umbella deferri nequaquam potest, deferendum erit,

pyxidiculam supradictam reponat, cum sanctissimo Sacramento.

Velum quoq; sericum, quod continentiam uocant, quatuor cubitos, uel, ut aiunt, rarios longum, quo non ipsa pyxis tantum, sed ipsius etiam deferentis sacerdotis humeri usq; ad talos prope contegantur.

Ombellam sericam, quae deferatur uel à confratribus sanctissimi Sacramenti, si erecta sit societas, uel à dignioribus, qui adsint, in Ciuitate, uel in locis diocesis insignioribus, & ubicunque deferri commode poterit.

Tintinnabulum praeterea, quod semper ferat Clericus Cotta indutus, continuis ictibus pulsandum, ut homines procul admoneantur deferri sanctissimum Sacramentum, atque tum ad illud adorandum, tum ad associandum inuitentur.

Scitulum saltem ex aurichalco, quamquam in cathedralibus, & collegiatis Ecclesiis esse deceat argenteum, pro aqua benedicta.

Duo quoq; aspersoria cum setulis insertis, si non argentea, at ex aere, uel saltem ex ligno decenter terno expolita.

Duas laternas magnas, quae furente etiam vento lumen accensum defendant, cum etiam nullis associantibus, propter itineris longinquitatem, aut difficultatem, deferendum est Sacramentum.

DE BAPTISMALI FONTE.

IN singulis parochialibus Ecclesiis, in quibus Baptismi Sacramentum ministrari solet, fontes ad infra scriptam formam construantur, uel, ubi iam constructi sunt, curet Episcopus, ut ad eam redigantur, eo temporis assignato spatio, quod illi opportunum uidebitur.

Fons ipse lapideus sit, non lateritius.

In quo uas minoris forme construatur, ad aquam toto anno asseruandam, ex quo sumpta aqua super caput infantis infusa in fontem ipsum, latius, scilicet, uas, descendat, quod sacrarij uice aptatum sit ad aquam recipiendam,

Operimentum, quod Ciborium appellant, ex nucē, uel alio pulchriore ligno in pyramidis modū conficiatur.

Id locū habeat, in quo sacrorū oleorū uascula, aliāq; res ad baptismum administrandū necessaria aptè collocentur.

Eius ostium ita aptetur, ut cum aperitur, cōmodē & sacerdos, et patrini cum infante stare supra fontē possint.

Tentorio ex uiridi, uel alterius coloris tela, ne aqua puluere inquinari facile possit, tectum sit semper, nisi cū fuerint infantes abluendi.

Subtus autem scabellum construatur adeo patens, ut baptizantem sacerdotem, & suscipientes paternos cōmodē capiat, atq; ubi id loci angustia non prohibeat, duplici quoq; gradu constabit, quo fons ipse conspicuo magis, & eminentiori loco sit.

Ubi

Ubi uerò fontem ipsum veterem, qui tamen ex petra constet, tolerari posse Episcopus iudicauerit, eum quamprimum operiendum, ut supradictum est, omnino curet.

Sacrarium præterea iuxta construatur ex lapide ad eiusdem fontis altitudinem, ut aquam infantis capiti super infusam, commodè recipiat, ad illam, quæ in fonte relinquitur, puriorem conseruandam;

Id autem benedictum sit, & clausum semper.

Fons ipse, & sacrarium, si adest, septo ferreo, aut lapideo, uel saltem cancellis ligneis, ubi id Reuerendissimo Ordinario ob reddituum tenuitatem uidebitur concedendum, concludatur.

Fontis autem proprius locus erit, ut à sinistra in ipso porta maioris Ecclesiæ ingressu, ponatur.

Tria erunt uascula ex argento, si fieri poterit per facultates Ecclesiarum, aut eorum, ad quos pertinebit, simul iuncta in quorum uno oleum Cathecumenorum, in altero sancti Chrismatismis oleum asseruetur, in tertio autem sal ad baptizandi usum necessarius, qui sæpe mutandus erit, ne humidior, quàm par est, reddatur, in quo uasculum aliud ex salice confectum ponatur, quod facillè extrahi possit, & ad solem poni.

Olei autem infirmorum uasculum sit ab alijs omnino seiunctum, & in capsula separata decenti teneatur, quod etiam bursa serica ornatum in Ecclesiæ aliquo loco tuto, & ritè clauso seruetur semper.

Vasculi cuiusq; os ita apertum sit, ut pollicem intingere

gere facile possit sacerdos; Oleum autem ipsum non can-
nabi, sed gossipio ipsi modicè sit super infusum, ut satis
quidem sit ad inungendos Christi fideles, sed ne etiam
effluere facile possit, etiam si uascula ipsa subuerti inter-
dum contingat.

Tribus autem oleorum uasculis ita impressæ litteræ,
apertæq; sint singulorum nomina significantes, ut facile
unum ab altero discerni possit.

DE ALTARIBVS.

IN altaribus omnibus, quæ deinceps constructentur,
caueat Ordinarius, ut ne latum quidem unguem, ab
ea, quæ infra describitur, forma discedatur.

Lapideum igitur sit, uel saltē lateritium altare, eaq; ^{nisi altare maius}
extructum ratione, ut in ipso nihil subtus recondi, aut ^{correcta}
poni possit, nisi fortè, pro reponendis reliquijs, locus aptus
relinquatur.

Altitudinis quidem à scabello, quod Bradellam uo-
cant, unciarum xx. vii.

Longitudinis uerò xxx. vii. nisi altare maius fue-
rit, quod iuxta loci capacitatem protendi poterit usq; ad
lx. Et latitudinis saltem xxiii.

Bradella autem sit, ex tabulis, ascia expolita, equè
patens, bene compacta, & firma, Altitudinis à terra
unc. iiii. Latitudinis ab altari xxiii; Eius autem longi-
tudinis, ut altare ipsum superet pedem unum ab utroq;
latere.

latere, sicq; illud cingat usque ad parietem, cui cohaeret.

Non prohibetur tamen, quin, si plures gradus habeat Bradella, uti ferè ad omnia maiora altaria decebit, quò ceteris eminentiora sint, atq; ad pronuntiandum ex eis populo Verbum Dei aptiora, ceteri lapidei sint, aut etiam lateritij, dum tamen superior gradus ligneus sit, & ab eo altaris mensa distet altitudinis spacio supradicto.

Altare autem unumquodq; habeat necessariò Iconam, uel saltem picturam in pariete.

Crucem, nisi picta sit sanctissimi Crucifixi imago.

Candelabra minimum duo ex auricalco, aut saltem ligno honestè picta.

Cartulam cum secretis orationibus ex recenter impressis, & praesertim ipsius consecrationis uerbis super tabella, quae aliquo, uel modico circumdata sit ornamento, extensam.

Tobaleas sex, ut, cum erunt abluendæ, mutari possint; quarum duæ longiores sint ita, ut altaris latera usque ad terram contegant.

Puluinaria duo ex serico, quæ si tot essent, quot sunt colorum, quibus Ecclesia utitur, diuersitates, praclarior certè ageretur, aut saltem ex corio inaurato, ad Missale fulciendum, & reliquo tempore ad altare ornandum.

Telam uiridem, aut alterius coloris, qua semper correctæ sint altarium mensæ, post celebratam Missam, usque à puluere defendantur.

Palliū decens, aut plura etiā, si per facultates licebit, ut
 in singulas solēnitates mutari possit iuxta Ecclesie ritū.
 Tegmen etiam, siue, ut aiunt, ombellam ex tabulis,
 aut ex tela decenter pictum, ubi fornix non sit, quinon
 altare modo, sed & sacerdotem ipsum celebrantem to-
 tum contegat, uel remotus adeo sit, ut à puluere, & ab
 aranearum telis purgari facile non possit.

Altare portatile, si ipsius altaris mensa consecrata non
 sit, quod ritè ad Pontificalis Romani præscriptum sit con-
 secratum, cum reliquiarum sepulcro; Petras enim omnes,
 quibus uel nunquam in sepulcro condita fuerint reliquie,
 uel rupto sigillo abierint, ita abolemus, ut super illis ce-
 lebrare nemini liceat, sub pœna suspensionis à diuinis, &
 alia etiam grauiori, Episcopi arbitrato.

Eius autem sint magnitudinis petrae ipsæ, ut non
 commode solum calicem cum patena capiant totum, sed
 etiam pyxidem, cum particulae multæ pro numerosis
 communionibus erunt consecrandæ, longitudinis, scilicet,
 unciarum x. aut octo saltem, latitudinis autem octo,
 aut septem minimum.

Ad hanc quidem formam, quæ deinceps consecraban-
 tur, petrae omnes erunt conficiendæ, quæ uerò iam sunt
 consecratæ, arbitrio Ordinarij permittuntur, quæ ta-
 men adeo parue non sint, ut Calicem, & patenam mi-
 nimè capere possint.

Petra autem ipsa, quæ cerata tela operta erit semper,
 iuxta dimensionem in altaris medio ita inserta sit, non

amen clementer conglutinata, ut via medium digiti
ab illius mensa promineat, quò celebrans certò digno-
scere valeat, se super consecratam petram Sacramen-
tum consecero.

Altaria quidem quamprimum ad hanc formam redi-
genda viderentur, eaq; statim amouenda, quæ uel ad co-
lumnas, uel sub organis, aut suggestis posita, uel alijs
altaribus nimis propinqua sunt, cuiusmodi quampluri-
ma in Visitatione reperimus, sed ne teneri populorum
animi in tot altarium ruina fortassis offendantur, id
Episcoporum arbitrio relinquimus; iubemus quidem,
ut ne ulla in posterum altaria, nisi ad suprascriptam ra-
tionem edificentur, sed constructa iam partes erunt
Reuerendissimorum Episcoporum in dies paulatim ad tra-
ditam formam reducere, quoad eius fieri poterit, sine lai-
corum offensione.

Ea uero, quæ nimis altari maiori propinqua sunt,
aut aduersa, statim dirui mandamus.

Obligaciones autem quæcunq; & onera omnia, cum
ipsorum altarium, quæ amouenda, uel amota iam sunt,
honoribus, emolumentis, & titulis, ad alia transferen-
da erunt, Reuerendissimi Episcopi arbitrato.

DE VASE PRO AQUA benedicta.

AD dexteram maioris Ecclesie portæ, in ingressu,
positum sit uas, pro aqua benedicta, quod nequa-
quam

43
quam lateritium sit, sed è marmore constans, quod aquam
rite contineat; Columella suffultum lapidea item, uebalia
base aptè accommodata.

Ad minores etiam portas aliud uas lapideum ne de-
sit, ad dexteram item ingredientium collocatum, tolerari
autem poterit, etiam si basim non habeat, dum tamen in
pariete aptè positum ingredientium usui commode inser-
uiat; dum in ipsa Ecclesia sit, non foris ulla pacto.

Scitulas uerò omnes, cuiusmodi multas reperimus in
Visitatione, quas ad hauriendam è puteis aquam dome-
stico usui confectas liquidò constat, prohibemus omnino,
ne unquam adhibeantur, sed amoueantur ab Ecclesijs
statim.

DE SACRARIO.

Sacrarium, ubi non sit iuxta fontem constructum,
commodum, & capax, consirui debet in unaquaq;
Ecclesia decenti loco in pariete excauatum, quod ostio-
lo rite clausum, & claue semper sit; nisi cum ad sacras
ablutiones recipiendas aperietur.

DE CONFESSORIIS.

Confessionale unum saltem sit in omnibus parochia-
libus Ecclesijs ex tabulis expolitis confectum.

Ubi uerò quingentarum animarum cura agitur duo.
In quibus præterea Ecclesijs tam secularibus, quam

Regularibus audiri confessiones solent, tot adfint confessionalia, quot sunt Confessarij.

Eius confessionalis forma satis perfecta perspicitur Faurini in Ecclesia societatis Iesu, quam itidem habere curabit Episcopus quisq; in sua Cathedrali Ecclesia, et inde pro tota diocesi capiatur exemplum.

In tabula, quae Confessarium a confitente diuidit, inserta sit ferri lamina, foraminibus minutis perforata, quae tela etiam nigri, aut viridis coloris contecta sit, ut uocem quidem confitentis percipere possit confessarius, faciem autem nequaquam intueri.

In ipso confessionali affixa semper Bulla sit, quae in die caenae Domini in singulos annos promulgatur, atque itidem casus omnes Reuerendissimo Ordinario reseruati.

Illud autem ne in angulis, aut in obscuro loco Ecclesiae collocetur, sed in aperto, atque in omnium oculis, ut Confessarius, Confitentes ipsi ab unoquoque facile uideantur.

DE FENESTRIS.

Fenestras, ex quibus à foris stantibus in Ecclesiam introspicere, & Missam uidere licet, tollantur omnes, atque inëdificentur quamprimum; alioquin Ecclesias quascunq; etiam Regularium interdictas iam declaramus, in quibus infra duos menses id præstitum non fuerit.

Vitro,

Vitro, aut saltem vela contegantur omnes, clavisq; claudantur, in parochialibus presertim, nisi octo cubitis altiores sint.

Cupreo etiam retq; ut contegantur, curabit Ordinarius, ad prohibendos nidos, & frequentes avium volatus, que certe sine magna piorum offensione tolerari non possunt.

DE SEPULCRIS

SEPULCRA lapideo operimento contexta sint omnia infra duos, ad summum, menses, ita undiq; compressè coherentia, ut nullus inde cadauerum odor exire possit.

Eo termino elapso, que non fuerint, ut supradictum est; contexta, ea humo statim impleantur, neque in eis ullum amplius sepelire fas sit, sub pœna x. scutorum ipsi parochio, uel Ecclesię prefecto infligenda, in singulas vices.

Que à terra prominent cubitum, uel unciam tantum, ea solo equentur statim in quibuscunq; etiam regulariũ Ecclesiis sint, sub pœna Ordinarij arbitrio infligenda.

Que uerò in excelsò loco, aut omnino supra terram posita sunt, queq; parietibus adiuncta, nisi creta sint, aut marmorea, nõ admodum tamen prominentia, aut aliàs Ecclesiam impediencia, infra mensem cum omnibus insignijs, armis, ac vexillis, signis uè alijs, que illis adiuncta fuerint, omnino tollantur, Serenissimorum Principum sepulcris, & signis exceptis.

Quæcum-

Quaecunq; sunt sub altari, quauè ostium habent sub altaris Bradella, ea ne toleremur ullo pacto, quæ autem Bradella ipsi propinquiora sunt, permittantur, si tamen ostium ita accommodari poterit, ut saltem à Bradella ipsa cubitum distet.

Optimum autem erit probatissimum illum in ceterijs sepeliendi morem, quo fieri poterit studio, atque omni cura in usum reuocare.

DE SACRISTIA.

IN Sacristia unaquaq; ubi extructum non est, quamprimum construatur Oratorium, loco quantum fieri poterit, separato, in quo possit celebraturus secedere aliquantum in solitudine, & pia animi meditatione, ad tremendum illud altaris sacrificium se preparare.

Ad ipsumq; Oratorium appensa sint, quæ Missæ præparatoriæ dicuntur, orationes.

Adsit quoq; Vestiarium, siue, ut uocant, armarium, pro asseruandis paramentis, quæ quidem eò pulchriora, & copiosiora esse debent, quo facultates erunt ampliores, & Ecclesiæ ipsæ insigniores, magisq; populorum concursu frequentatæ.

In Cathedrali quidem integra paramenta serica omnium colorum, quibus Ecclesiæ utitur, pro Canonicalibus, totidemq; sed preciosiora, pro Pontificalibus Missis, ne desiderentur.

In collegiata item colorum omnium integra par-
amenta. in capite, & colloque ornos cum antepectore

Pro singulis deinde altaribus, & capellis in Ecclesia
constitutis, pallii, casulae, cum stolis, & manipulis, albis,
& amictibus, necnon saltem.

In parochialibus uero arboribus, aut etiam altaribus, si
fieri poterit, paramentum, cum pallijs, scilicet, pluuias-
tibus, casulis, & tunicellis, sed omnis coloris casula cum
stolis, & manipulis.

Albae quatuor, totidemq; amictus ex decenti, &
candida tela, non quidem rudi, sed solida.

Duo funiculi, seu cingula ex candido filo, non serico
contorta.

Puluinaria quatuor serica, aut minimum duo, uel
ex corio deaurato longitudinis saltem unc. viij. & lati-
tudinis unc. vi.

Pelliculae, quarum una in Ecclesiis insignioribus ar-
gentea desideratur, tot sint, quot esse poterunt Missa-
rum usui, quae in maiori populi frequentia celebrari so-
lent, necessariae.

Urceoli autem non argentei, aut stannei, sed cri-
stallini, aut uitrei, ubi haberi poterunt; ut uini, &
aquae color aperte, & facile distinguatur. Citra mon-
tes autem, ubi uitrei non desunt, ne ullo pacto admit-
tantur.

Thuribulum praeterea cum acerra, & cocleari, si non
ex argento, at ex auricalco saltem confecta.

Scitulus

Scitululus item ex aurichalco pro aqua benedicta.

Aspersoria duo torno expolita, setisque in summitate aptè insertis.

Tintinnabula, quot erunt peluicule, nisi ad altaria ipsa appensa sint, ut cum Sanctissimum Christi corpus sustollitur, & Sanctus dicitur, interiectis ictibus pulsantur semper.

Ciati, qui certè à domestica differant forma ad exhibendam communicantibus purificationem, quæ quidem ne unquam calice, etiam non consecrato exhibeatur, omnino ueramus.

Cerofetaria duo pro altari maiori, ac pro singulis altaribus singula, quæ omnia picta sint uiridi, uel ceruleo colore.

Missalia in folio duo in unaquaq; parochiali, & eò plura, quò maior erit Missarum numerus, & populus frequentior.

Calices item duo cum patenis ex argento, si fieri poterit, aut inaurati saltem, cum argenteis cuppis pro altari maiore.

Tot autem præterea, quot erunt altaria, uel capella annuos xx. scutorum redditus habentes.

Pro singulis uero calicibus operiendis, uela quaternaria, aut saltem bina, diuersi coloris.

Bursa item bina serica ad reponenda corporalia, in quarum medio conspiciatur expressa Crux long. & lat. unc. vj.

Duo saltem corporalia, cum suis pallis, ex subtili, sed solida tela confecta, candida, ritè amylo oblita, nulla ex parte elaborata, nisi fortè ad summitates, tumque leuiter non serico, sed tenui, & candido filo, quæ longitudinis sint unc. xv. latitudinis autem xij.

Purificatoria xv. ad abstergendum calicem post sumptum sanguinem.

Ea sint ex tela item solida, subtili, & candida, non laborata, nisi retorto circumcirca tenui filo ornata, atq; in medio crucis signo aciu leuiter picta, longitudinis, & latitudinis unc. viij. ex omni parte.

Linteola præterea duo eadem ratione laborata, ad abstergendas sacerdotis manus, quæ longitudinis sint unc. xiiij. latitudinis autem x.

Vas deniq; adsit ex aurichalco, aut saltem ex stamno constans, stamnatoie cupro ad supradiçta corporalia, pallas, purificatoria, linteolaq; diluenda, atq; expurganda, quod singulari forma confectum sit, ne aliquid profani præferat, & in ipsa semper asseruetur sacristia.

Quæ quidem corporalia, & purificatoria sæpe ablueda erunt, ut hæc tertio, aut quarto quoq; die, illa tertio quoq; mense purgata, ac nitida adhibeantur.

Cætera uerò lini indumenta, linteola, Albæ, Amictus, Cotta, Mappa, Tobalæ, & eius generis alia ita sæpe expurgentur, ut nunquam sordida, aut immunda conspiciantur.

Quæ omnia tum indumenta, tum ornamenta supra dicta

dicta, aliaue suppellectilia quacunque ad usum sacrum comparata, non in missa, vel in diuinis officijs prius adhibeantur, quam eis Episcopus, vel alius, cui eius rei facultas competat, statis precibus benedixerit.

Calices item bis in mense, aut etiam singulis hebdomadis lixiuo, & sapone studiosè, ab ijs tamen clericis tantum, qui sacris initiati sint, lauentur, abluionesque omnes in sacrarium proijciantur.

Ad abluendas autem, & abstergendas manus ante, & post Missam adsit labellum, propeq; appensum mundum manutergium.

Cartula cum impressis precibus, quas recitare debet sacerdos, cum induitur, & exiit sacra ipsa indumenta.

Necnon tabella ad parietem appensa, in qua sigillatim descripta sint omnium Missarum, & anniuersariorum onera, quæ in illa Ecclesia celebranda sunt, & dies item adnotati, quibus illa sint persolueda.

Sit præterea appensus, & omnibus patens liber, in quo Missæ ab unoquoq; qui eo die celebrarit in Ecclesia, proprio chirographo notentur, ut & Missarum obligationibus certius satisfiat, & quilibet sacerdos debitam sine diminutione mercedem recipiat.

Nullus autem in sacristia sacris vestibus indutus deambulet, neq; ad ignem, aliosue circulos conueniat; ut neq; cum ullo prorsus colloquatur, neq; ulli omnino det aures, nisi secus fortasse officij, quod obtinet,

ratio postulabit.

Ubi sacristia nulla est, edificetur quamprimum, forma tamen prius ab Ordinario accepta, & certo assignato loco.

Turrem pro campanis erigi, ubi erecta non sit, curet omnino cuiusvis Ecclesie Rector, eisq; antequam suscollatur, ex pontificalis Romani solemnibus ritu benedici ab Episcopo, quas deinceps sic benedictas campanas à laicis ne ad profanos usus adhiberi ullo pacto permittat.

DE COEMETERIIS.

Bene, ac tuto clausa sint Coemeteria omnia duorum mensium spacio, ad infrascriptam formam, alioquin, ne quis in eis sepeliatur, omnino interdicimus, sub poena scut. xx. Rectori ipsi in singulas uices irroganda.

Undiq; muro sint circumcincta, tres cubitos à terra prominenti, uel lignis in terram fixis, transfuersisque item lignis inuicem ita compactis, ut subter nequaquam bruta ingredi ualeant: qua uerò ingressus patet, super-effossa ad duos cubitos humo, ponatur ferrea crates, aut lignea saltem, ut in ea brutis omni ex parte impediatur accessus.

Fructiferis omnibus arboribus, atq; etiam uitibus expurgentur quamprimum, ut à quibusvis impedimentis libera sint.

DE CRVCIS SIGNO IN
 Cœmeterijs, vel insignioribus
 locis erigendo.

SAntiffima Crucis signum, quod tutiffimum est Chri-
 fto militantium vexillum, pietatisq; Christianæ ma-
 ximum ornamentum, Parochi omnes in fuæ quisq; pa-
 rochia cœmeterio, uel alio insigniori loco ex ære, uel ex
 lapide expreffum erigi curent, idq; ut à populis fibi cre-
 ditis fedulo præftetur, frequenti admonitione efficient
 omnino, ut est etiam Sereniffimi Principis Caroli Ema-
 nuellis pium defideriũ, qui, cum in Sabaudia partibus mul-
 tas Cruces magna cum laude, ac uera pietatis significa-
 tione erectas, per uiam frequenter occurrentes aspiceret,
 atq; aperto capite humiliter ueneraretur, id à nobis pe-
 tijt, ut citra montes etiam idem Christianæ religionis in-
 signe ubiq; erigi peculiari decreto fanciremus.

Vbi uerò tanta populi laborent inopia, ut non lapideas,
 neq; æreas Cruces erigere poffint, id curent faltem (quod
 omnino sub graui pœna arbitrio Ordinarij infligenda præ-
 cipimus) ut ex ligno, præcipuis Chrifti paffionis myfterijs
 adiunctis extruantur, atq; in foris, uijsq; publicis, præ-
 fertim uerò in triuijs, & quadriuijs eminentiori loco collo-
 centur.

PARS TERTIA.
 DE IIS, QVAE AD CLERVM
 PERTINENT.
 DE EPISCOPIIS.



Episcopi, ut principem locum in clero obtinent, ita omnibus alijs singulari charitatis, & vitæ sanctitatis exemplo, præluere debent; cum enim sint lux mundi à Christo domino appellati, atque in altissima Ecclesiæ specula constituti, quomodo disiectis errorum tenebris, corda fidelium illustrare poterunt, nisi ipsi lucem dederint? aut quo pacto greges dominici ad uera pietatis pabula carpenda in monte sancto ascendere poterunt, nisi ipsi præcesserint duces, ac pastores?

Quare Episcopos omnes obnixè obsecramus, atq; in domino obtestamur, ut se ipsos præbeant exemplum bonorum operum, illamq; inire vitæ rationem, quam accurate Apostolus præscripsit, omni cura, ac studio contendant. Quod quidem præstare nullo modo poterunt, nisi in suis Ecclesiis residentes super gregibus sibi commissis ipsimet inuigilauerint,

In primis igitur sanctum illud, atq; adeo necessarium Trid. Concilij, quod est de Residentia, decretum præ oculis habentes semper meminerint, se præter mortalis peccati

cati, quod incurrunt, culpam, fructus etiam ecclesiasticos pro absentia ratione suos non facere, sed illos, nulla etiam secuta declaratione, Ecclesiae suae, à qua abfuerint, restituere debere, in illius, scilicet, fabricam, aut loci pauperes omnino erogandos. Illo autem absentiae, quod est eis à Tridentino Concilio duorum scilicet, aut, ad summum, trium mensium spatio concessum, siue continuum, siue interruptum sit, ne abutantur, moneamus in domino; licet enim id ipsorum conscientiae relictum sit, sibi tamen cauendum sciant diligenter, ut non, nisi equa ex causa, absint, & absq; ullo, quoad eius fieri poterit, gregis sui detrimento.

Cum autem ipsi ex hominibus assumpti sint, ut Deo Optimo Maximo dona, ac sacrificia pro peccatis offerant, id precipue prestabunt, ut Dominicis saltem, reliquisque omnibus festis diebus, nisi necessaria causa impediti fuerint, Missae sacrum faciant, atq; eò etiam crebrius, quò graues aliquae pastorales suscipiendae, uel inchoandae erunt cure.

In oratione, sanctisque meditationibus frequentes sint, ut Spiritus sancti rore perfusi, ipsi aliorum mentes uberius ad uerbi Dei fructus reddendos irrogare ualeant.

Certam autem horam ad Vesperum prescribant, qua uniuersa familia quotidie in sacellum domesticum, aut, si id commodius ipse iudicauerit, in Ecclesiam proximam ad orandum conueniat.

Preces horarias distinctè, & qua poterunt, deuotione recitent, ac, si non horis conuenientibus singulas horas per occupationes licebit, uideant, ut preueniendo potius, quàm tardando huic debito satisfaciant.

Dominicis, festisq̄ue omnibus diebus in Ecclesie choro diuinis officijs presentes adsint, conuentuali autem presertim Missè, nisi necessaria causa impediti fuerint.

Grauissimi sui muneris, ac dignitatis memores in aulis principum, nisi cum necessitas, aut officij sui ratio id expostulat, ne uersentur, neque in illorum obsequio, aut familiaritate nimium se deprimant, secum ipsi frequenti meditatione recolentes, quid illis hac de re graui Trid. synodi decreto preceptum sit.

Episcopi non profanis, aut nimium preciosis uestibus, non auro, uel argento, sed uite sanctitate, ac doctrinæ splendore sibi querere debent authoritatem.

Ne sine linea tunica, quam Rochetum uocant, in publicum unquam prodeant, ex Innocentij iij decreto, nisi regulares fuerint.

Uestes autem, quibus priuatim in domo utuntur, eius smodi sint, ut modestie, & grauitati Episcopali respondeant.

Ne in Ecclesiam unquam, presertim diebus festis, atque alijs etiam, cum populus adest frequentior, sine cappa Pontificali, quæ lanea esse debet, non autem serica, aut subserica, ad diuina officia ingrediantur.

Neue sine ea publicas ineant processiones, aliasiue eius generis

generis actiones peragant.

Maximè conuenire sciant, si toto Aduentus, ac Quadragesima tempore, omnibusq; Sextis ferijs, ac ieiuniorum diebus nigro tantum colore utantur, sicut reliquo anni tempore uiolaceum eorum dignitatis proprium dimittere non debent.

Annulum quoq; Episcopalem, quasi spiritualis Matrimonij, quod cum Ecclesia sua sponsa contraxerunt signum, ne in publico unquam dimittant.

Tonsuram semper conspicuam gerant in capite grandiore multò, quàm cæteri inferiores sacerdotes, quæ perfectius à terrenis curis, & occupationibus abstractos esse, & Deo adherere propius multò, quàm alios clericos debere se intelligant.

Reliqua præterea, quæ inferius de uita, & honestate clericorum subiiciuntur, seruent eò diligentius, ut inferiores clericos ad eorum obseruationem facilius suo ipsorum exemplo inducere ualeant.

Suppellex autem modesta quidem, & simplex, sed nitida, non sordida esse debet, non precioso, aut profano nitens apparatu. Quare, & si maximè laudabile erit, nihil in ea non modo aureum, aut argenteum reperiri, sed nec etiã sericum, aut serico distinctum, nullamq; exquisitam colorum uarietatem, hæc tamen statuere tantum uoluimus, ut aliquem ipsis locum, modestiam Episcopalem sua sponte ostendendi, relinquamus.

In cubilium igitur, cubiculorumuè ornamentis, nihil

bil prorsus auro, uel argento contextum, distinctumue sit, nihil acu pictum, nihil studiosius elaboratum, parietes serico nequaquam ornentur, historias autem in aulae contextas, aut in parietibus pictas ne adhibeant, quae sacrae non sint: profanarum enim fabularum, uel inaniū historiarum signa omnia, aut tabulae domibus Episcoporum omnino excludi debent.

Equos non habeant, nisi necessarios.

In extruendis item edificijs magnificentiam, ac uanum splendorem fugiant.

Domesticum tandem omnem luxum, & minus utilia ita reiiciant ornamenta, ut in omnibus sancta quaedam modestia, ac simplicitas Episcopalis eluceat, sicque fiat, ut cum ad priuatum usum fuerint moderatiores, ad Ecclesias ornandas, & ad pauperes subleuandos largiores esse possint.

Mensa ne unquam accumbant, nisi prius illi benedixerint; neue ab illa discedant, nisi actis Deo gratijs, ad breuiarij Romani praescriptum.

Neue desit in mensa sacrorum librorum lectio, ut se non minus animi, quam corporis cibo indigere meminerint, eaq; occasione scurrilia uerba, et contentiones, & maledicta, quae fere perpetuo conuiuiorum solent esse comites, ab Episcopali procul sint mensa.

Illam autem frugalitatis, & temperantiae sanctorum, conuiujs exemplum, non luxus fomentum praebet, ita ut, praeter primam escam, & iurulentum cibum, non plura,

H quam

quàm duo, aut tria apponantur fercula, uel, ut hospitum sit omacho aliquid detur, quartum ad summum dari possit aliquando cum lactificio præterea, & fructibus.

Preciosiores autem cibos, & externa uina, quæ magnis impensis, & cura non leui aliunde conquiri solent, ne adhibere studeant.

Eo autem familie numero contenti sint, quo simul & ipsorum necessitati, & Ecclesie utilitati consulatur.

Antequam aliquem in famulatum recipiant, eius antea vitam, & mores scrutentur, quo fieri potest diligentius, ut ne rixosos, impudicos, blasphemos, scurras, aut eius generis homines, qui populo offensionem esse possint, ullo pacto admittant.

Quamplurimos poterunt, habebunt clericos habitu clericali utentes, atq; inter eos, duos saltem, si commode fieri poterit, in sacris ordinibus constitutos, qui Episcopum die, ac nocte attendentes, quasi illius spectatores sint, testesq; perpetui eiusdem actionum, & conuersationis.

Studeant, ut omnes, qui in familia sunt, singulis mensibus, primo quoq; die Dominico è proprijs ipsius Episcopi manibus sacram Eucharistiam percipiant, aut, si impediti ipsi sint, curent, ut omnino stata illa die alio sacerdote ministrante simul communicent; eos autem hortentur, ut frequentius id faciant in Aduentu, & Quadragesima, & festis solemnibus.

Idque ut facilius assequi possint, priusquam aliquem in suam familiam recipiant, eum huiusce rei diligenter

commonefaciant.

Optimum autem erit, si totum populum frequenter infra annum ad generales quasdam communionones, quæ mirificè ad Christianam pietatem fidelium mentes accendere solent, pia aliqua, & opportuna capta occasione, inuitent, ijsq; presertim diebus, in quibus mundi, & Diaboli sectatores luxui, & voluptati, alijsq; carnis operibus magis dediti esse consueuerunt. Tum ipsi explicata prius sanctissimi Sacramenti vi, ac virtute proprijs manibus, nisi legitimè impediti fuerint, ac nisi confluentis multitudinis populi alios coadiutores postulet, sacram Eucharistiam omnibus ministrarent.

Conuocare etiam interdum poterunt Sodalitates singulas, Collegia item Doctorum, Medicorum, Notariorum, aliarumque artium societates, ut ad spiritualem hanc mensam communiter accedentes maiore charitatis zelo inflammentur.

Qua ex re, quoniam satis solidus percipitur fructus ad salutem animarum comparandam, ideo præclare agent Episcopi, si omnes ^{Sodalitates} ~~sodalitates~~, & collegia supradicta statim quibusdam diebus in orbem ad sacrum, & cæleste hoc conuiuium inuitarint.

Bis saltem in hebdomada rudioribus ex familia tradita rudimenta fidei curent à peritioribus, pijs etiam externis viris ad id, si videbitur, interdum accersitis.

Ne quemquam, qui iure, vel consuetudine, in aliqua Ecclesia residere teneatur, continuo apud se habeant, nisi

fortasse manens in familia non ideo minus Ecclesia sua possit inferuire.

Familiarium agrotantium curam ne negligant, sed postq̄ anime salutem consultum fuerit, ad valetudinem etiam corporis recuperandam, ut necessaria subministrantur, ne impensis parcant.

Sanctam hospitalitatem promptè, largeq; exerceant, præsertim in pauperes clericos, peregrinos, tam regulares, quàm seculares.

Pauperum curam largis elemosinis illorum necessitatibus subuenientes paternam gerant sollicitudinem.

Miserabiliumq; item omnium personarum, quæ fodere non valent, ac mendicare erubescunt, atque illorum præcipuè, qui carceribus mancipantur, tum verò eorum maximè, qui iudicium secularium iussu ultimo supplicio sunt afficiendi; cuius rei causa piorum etiam aliquot hominum sodalicium instituant, quorum cura ea sit, eiusmodi reos sedulo consolari, & ad mortem æquo, pioq; animo ferendam q̄ diligentissimè hortari, ac modis omnibus adiuuare.

Singulis annis, aut, si id per magnitudinem diœcesis non licet, singulis biennijs ipsi, aut legitimè impediti, per alios idoneos viros visitent Ciuitates, & diœceses suas; quod officium uti est inter omnia Episcopalia muneris præcipuum, ita in illud incumbere debent omni animi cura, ac pietate.

At ne graues sint ijs, qui procuracionem præstare tenentur

tenentur, non amplius quam decem homines, septemque iumenta ad summum sint in toto comitatu.

Nihil autem omnino, uel gratis oblatum accipiant, neque etiam ipsis Notarijs in uisitatione, uel in decretis tradendis accipere permittant.

Neue plura in mensa apponi, quam duo, aut ad summum tria fercula, siue à Clericis, siue à laicis, siue ab utrisq; accipiant procurationem.

Sanctissimum Confirmationis Sacramentum, quod Episcopalis muneris proprium est, in singulis vicis, ac pagis sedulo ministrent, curentq;, ut fideles, illud ritè, non tantum, scilicet, Sacramentum, sed etiam Sacramenti uirtutem accipiant.

In uisitatione autem id agant præcipuè, ut in ijs, qui uisitandi sunt, doctrinæ integritatem, & incorruptam morum disciplinam tueantur, atque, ubi collapsa sit, restituant; uehementi cohortatione ad pietatem omnes, innocentiam, pacemq;, ad profundam animi contritionem, intimamq; pœnitentiam, ad Dei, & proximi dilectionem accendentes.

Inspectionem diligenter, quæ ad Ecclesiarum cultum, & ornatum desunt, ex ijs præcipuè, quæ nostris his decretis sancita sunt.

An Clerici sui muneris partes impleant, an populo sint offensionis.

Tum uerò inquirent, an heretici ulli, eouè nomine suspecti, an usurarij, an concubinarij, alijue facinorosi homines

homines, qui pacem inire cum proximis nolunt, qui in Paschate non communicarint.

An qui legata pia, qui & decimas solvere recusa-
uerint, quos omnes aliosque in peccatorum ceno obuolutos
ab erroribus suis abducendos curabunt hortando, arguen-
do, corrigendo, puniendo, prout paterna pietas suadebit,
& Spiritus sanctus optimus Magister, & consiliarius
querenti, non que sua sunt, sed que Iesu Christi fi-
deliter faciendum monstrabit.

Synodum diocesanam cogere, ex sacrorum Canonum,
& Tridentini Concilij decreto quotannis ne omittant,
in quo si negligentes fuerint, attendant non leuem esse
culpam illam, cui sacri Canones grauissimam suspensio-
nis pœnam comminandam censuerunt.

Prouincialem item ij, qui Metropolitanas obtinent
Ecclesias, tertio quoque anno, atq; in eis, que nouerint
ad animarum salutem, Deiq; honorem, & Ecclesia-
rum cultum pertinere, sedulo decernant.

Iudices deputent in diocesana synodo, quibus causæ
à sede Apostolica committi possint, eorumque nomi-
na ad sanctissimum. D. N. quamprimùm transmittant.

Legantur in singulis synodis prouincialibus, ac diœce-
sanis hæc, quæ sequuntur, uidelicet,

Decretum Concilij Tridentini de fide Catholica pro-
fitenda, quod incipit, Cogit temporum calamitas, cum
Bulla à Pio iij. de fidei professione edita: tum eiusdem
Concilij decreta de Residentia, quodq; Paulo iij. quodq;

Pio iij. Pontificibus conditum est.

In Diocesanis autem præter ea, Decretum de Vita, & honestate clericorum, quod incipit, Nihil est, sess. 22.

Decretum item de matrimonijs, quod est cap. tametsi sess. 24.

Decretum de erectione Seminarij, quod incipit, Cum adolescentium ætas sess. 23.

Decretum de examinadoribus deputandis, qui ad parochiales promouendorum præsent examini, cap. scilicet, Expediit maximè sess. 24.

Decretum item de pluralitate beneficiorum, quod est in cap. cum Ecclesiasticus ordo sess. eadem. 24.

Tum alia etiam, quæ Episcopi ipsi legenda consueverint.

Bulle præterea omnes, quarum promulgationis fides in Visitatione Apostolica exigitur, eæque præcipue, quæ infra extremo loco adnotatæ erunt, quæque in dies à sancta Sede Apostolica emanabunt.

Testes item Synodales constituent, qui in ipsorum Episcoporum manibus iurent, se munus suum fideliter præstituros, ad formam inferius tradendam.

Caueant, ne resignationes quorumcunque, etiam simplicium, vel iuris patronatus beneficiorum ipsi, vel ipsorum Vicarij admittant, nisi ad Bullæ Pij V. eo nomine conditæ præscriptum.

Ne monitorias, quas vocant, literas concedant ipsi, vel concedi permittant à Vicarijs suis, nisi ad formam inferius præscribendam, cum de Excommunicatione agatur.

Ne-

Neue quicquam aliud in ipsorum Curia concedatur, aut fiat omnino, quod vel sacris canonibus, vel summorum Pontificum constitutionibus aduersetur, ut rite negotia omnia, non sine auaritate sordibus solum, sed etiam sine auaritie susficione expediantur, eaq; praesertim seruatis, quae infra de iudiciali Episcopi foro praescribentur; in ijs vero, quae de collatione beneficiorum tradita sunt in quibus facile simoniaca prauitatis labes contrahitur obseruandis omnem ponent curam, ac diligentiam.

Ut facilius in Dioecesi etiam absentes suum praestent munus, & quasi praesentes externi gregis necessitates intueri possint, aliquot sibi deligant probatos sacerdotes, quibus certis regionibus assignatis, nomen Vicarij foranici imponere poterunt, quorum id erit munus, quod infra suo loco describetur.

Studeant omni pietate eos excipere, qui ipsos velut indices, vel ut patres adibunt: Iis igitur se faciles, ac benignos exhibeant, omni cum humanitate, quae tamen a grauitate Episcopali disiuncta non sit; omnesq; praesertim infimos, ac miserabiles personas libenter audiant, tum ope, tum consilio, tum corripiendo, tum consolando eos adiuuantes. negotiaq; omnia, quae ipsi expedire poterunt, ne Vicarijs delegent.

In corrigendis criminibus, oleum, & Vinum meminerint adhibendum. Quare in reos pie sauiant non tanquam dominantes in Clero, sed tanquam forma facti gregis

gregis in domino . Cui quidem rei ut facilius modum adhibeant, spiritus sancti peculiarem operam semper implerent, quoties de aliqua pœna irroganda, vel remittenda deliberabunt .

Severius autem animadvertent in Ecclesiasticos homines, tam Canonicos, quàm curam animarum habentes, aliosq; omnes, & singulos, cuiuscunq; ij sint dignitatis, aut gradus, qui iure, vel consuetudine in suis Ecclesiis residere debent; atq; in eos item, qui duo, aut plura curata, vel alias incõpatibilia absq; apostolica dispensatione adhuc obstinatè retinent beneficia, agent omnibus iuris remedijs, ex sacrorum canonum iure, & Tridentini Concilij autoritate .

Reliqua vero Episcopalia munera omni prestent animi pietate, sanctaq; sollicitudine, ut cum hæc omnia Dei gratia adiuvante fecerint, adhuc seruos se inutiles esse fateantur, sibiq; statuant in hac tam sublimi animarum cura administranda, animarum quippe non auro, & argento, sed pretiosissimo sanguine filij Dei redemptarum, non satis esse bona temporalia, omnesq; animi vires insumere, nisi etiam vitam ipsam pro earum salute, cum se obtulerit occasio, ex ipsiusmet Christi apertissima sententia parati sint semper effundere .

DE CLERICIS.

CLerici omnes, vel in sacris constituti, vel beneficia qualiacunq; obtinentes, clericalem coronam, eamque

conspiciam gerant, ad eam formam, quam postulat
 uniuscuiusque ordinis ratio.

Presbyteri autem barbam ad superius labrum ita
 incisam, ut sumentibus Christi sanguinem nullum affe-
 rat impedimentum, atq; tam ipsi, quam reliqui omnes
 ab omni parte ne ullo pacto pilos intortos, aut à men-
 to in acutū incisos, productosue more nutriant militari.

Vestes item coloris tantum nigri, ac simplices, se-
 ricis omnibus ornamentis exclusis adhibeant, exterior-
 rem quidem talarum, interiorum autem saltem usque
 ad tibiae medium, quanquam in Civitate talaris utraq;
 esse debet.

In itinere verò breviores quidem permittimus, sed ne
 omnino supra genua sint, vetamus.

Caligis non folliculatis, neq; dissectis, calceis quoq;
 non incisus utantur.

Neq; camisijs ad collum, siue ad manus crispis, aut la-
 boratis.

Neq; item pileis, nisi valetudinis causa, ijsq; simplici-
 bus, non sericis, neq; turbinatis, quos tamen in Ecclesijs,
 & aedibus, praesertim publicas ingredientijs statim dimittant.

Biretum autem semper gerant in crucis modum con-
 sutum, ut Ecclesiasticos homines decet.

Unguentis, & omnibus odorum illecebris abstineant.

Annulos ne deferant, nisi quibus ex dignitatis of-
 ficio convenit.

Ac demiq; in vestitu omnem novitatem fugiant non

tam nimia elegantia, quàm sordium, & negligentia suspicionem evitantes.

Arma ne ferant, nisi itineris longioris causa, atq; ea tamen breuiora, ac facultate ab Ordinario impetrata.

Ne personati unquam incedant, neué comœdiarum, aut chorearum, aut profani ullius spectaculi actores sint, vel spectatores.

Ne pagellis pictis, aut alea, alioué huiusmodi ludi genere ludant, aut ludentes spectent.

Neuè ullum venationis genus exerceant, aut canes, accipitresuè, aut aliud alant venaticum animal.

Tabernas ne frequentent, adeantue, nisi itineris causa.

A comessationibus, & minus honestis conuiujs abstineant omnino, atq; ab ijs etiam, quæ potius luxus, aut voluptatis sint, quam propinquitatis, aut necessitudinis causa instituta.

Nec quenquam ad bibendum inuitent unquam, aut ab alio inuitati respondeant.

Ne dieterijs, aut mordacibus utantur salibus, neué sacra scripturae verbis ad profanos sermones abutantur.

Quicumq; in hæc decreta deliquerit, xv. dierum, quos eorum unicuiq; præscribimus, elapso spacio, post horum decretorum in singulis Ecclesijs promulgationem, vel ad earum valuas affixionem, quorum altero eos omnes, ad quos pertinet, ita affici, ac teneri decernimus, ac si eorū omnibus, et singulis presentata, et intimata personaliter fuissent, eum xxv. prima vice, secunda autem

quinquaginta nummis aureis mulctatum ex nunc esse volumus, ac declaramus, tum fisco ducali, tum p[ro]p[ri]is locis arbitrio Ordinarij, in cuius diocesi delictum erit commissum, applicandis: Quod si tertio quis deprehensus fuerit in eodem crimine deliquisse, eum ex Trident. Concilij authoritate, omnibus beneficijs, quæ possidet, priuatum, & ab ordinum executione suspensum iam esse, absque alia ulla declaratione decernimus, & declaramus.

Ne tutelam præterea, curamue, nisi intuitu pietatis, idq; facultate scriptis ab Ordinario impetrata, suscipiant.

Ab omni genere mercaturæ, & à laicorum negotijs tractandis omnino abstineant, neq; se in eis medios, aut interpretes adhibeant, neué prædia, etiam ecclesiastica, aut decimas ipsi, vel per interpositas personas conducant, aut cum ipsis conductoribus aliquo modo participant, minusq; ab eis aliquid eo nomine accipiant.

Ne cum mulieribus cuiusuis generis, & conditionis cohabitent, nisi cum matribus, sororibus, amitis, vel ad summum cum fratrum uxoribus, neq; id sine Ordinarij licentia scriptis concessa; Fœminas autem ancillas eis habere non liceat, nisi quæ quinquagesimum ætatis annum exegerint, & vitam non suspectam unquam duxerint; Qua in re perscrutanda omnem diligentiam adhibeat Episcopus, neq; eius rei facultatem ulli cuiquam, nisi scriptis concedat, ut, qui in sortem Domini vocati sunt, Clerici eius curæ commisi non culpa tantum, sed etiam

etiam omni culpe careant suspitione.

Si quis autem post huius decreti euulgationem; aut intimationem duobus mensibus elapsis, mulierem habuerit secum habitantem, vel sibi in domestico usu inseruentem, is, præter alias pœnas, quibus iuxta sui status conditionem afficiendus erit, suspensus etiam ipso iure absq; ulla alia declaratione ab ordinibus; & beneficijs omnibus intelligatur, donec Reuerendiſſ. Ordinario videbitur.

Quòd si iterum monitus parere recusauerit, omni officio, ac beneficio ipso facto priuatus sit, prout eum priuatum iam esse dicimus, ac declaramus.

Sacerdos quisq; Dominicis saltem diebus, & festis omnibus, legitimo cessante impedimento, Missam celebret; Qui verò curam animarum gerit, ter præterea in hebdomada, ac sæpiùs etiam iuxta loci consuetudinem, aut populi necessitatem.

Diaconus autem, & Subdiaconus bis in mense, & quoties festo die altari ministrat; Ceteri clerici semel saltem singulis mensibus communicent, atq; etiam præterea in maioribus Christi Domini solemnitatibus, & in Assumptione beatæ Mariæ Virginis, & omnium sanctorum festo.

Qui id facere omiserit, grauius ab Ordinario corripiatur, si sit in Ciuitate, si in diœcesi, à paroco, qui, cum monitum non parere animaduuerit, eum ad Ordinarium deferat; sin autem cathedrali, vel collegiatæ inseruiat, unius diei in singulas vices careat distributione.

Qui

Qui horas canonicas legitimo cessante impedimento intermiserint, quicumque eas recitare tenentur, sciant ex Bulla Pij Papæ V. ea de re condita non solum gravi se peccato obstructos, sed omnes etiam beneficiorum suorum fructus, qui in singulos dies eis obtingerent, si quotidie in singulas horas diuiderentur, amittere, neque à Confessario ulla ratione absolui posse, etiam Iubilei cuiuscunque gratia suffragante, nisi fructuum, quos indebitè perceperint, facta priùs ad dictæ Bullæ præscriptum, restitutione.

Si quis sacris concionibus, vel sacrarum literarum interpretationibus ab Episcopo præscriptis non interfuerint Clerici, cuiuscunq; conditionis fuerint, Canonici, ac Cathedralis Ecclesiæ ministri, cum præsertim semel, aut iterum moniti ad eas accedere neglexerint, grauius iudicio Episcopi puniantur.

DE CANONICIS.

Canonici quicumq; præsertim verò Cathedraliū Ecclesiarum illud in primis monendi sunt, ut vitæ Canonicalis præscriptam à sacris Canonibus rationem inuentæ ea diligentius seruent, quæ ad ipsorum vitæ institutum pertinent, ut non tantum nomine, sed re ipsa verè se Canonicos esse profiteantur, meminerint quæ se esse Episcoporum præcipuos ad Dei honorem, & animarum salutem coadiutores, ideoq; ijs præsto esse, ac parere alacri
 animo

animo semper debere.

Ij autem, qui dignitates obtinent, quò digniores sunt, eò magis fulgere debent, tum omnium aliarum virtutum splendore, tum sacrosancta humilitate, & obedientia, quam prælatis suis exhibere præ cæteris eos decet.

Omnes sua munera, eis scilicet ex sacrorum Canonum iure, vel ex aliquo cuiusq; Ecclesiæ probato ritu, aut statuto, vel ex nostrorum Decretorum præscripto incumbentia, qua par est, obire studeant diligentia, & sollicitudine.

Hæc autem præcipuè illis obseruanda districtè præcipimus, Episcopisq; ipsis mandamus, ut in eos, qui parere noluerint, pænis agant, tum infra notatis, tum alijs etiam grauioribus pro modo culpæ arbitrato suo irrogandis.

Canonici, reliquiq; omnes Choro addicti in Ecclesiã ingressi, factis ad Sanctiss. Sacramentum precibus, rectà in Sacristiã conueniant, ibiq; vestitu ad suum quisq; munus obeundum assumpto, bini procedant & in Choro locum suum adeant, eumq; teneant toto officij tempore.

Ne Chorum, nisi superpelliceo induti ad recitandas horas unquam ingrediantur, & ubi ex peculiari statuto cautum reperiatur, eos non nisi Canonicali habitu indutos Ecclesiam ingredi posse, id seruent quàm diligentissimè.

Per se ipsos psallant distinctè, tractim, sedatè, decenti gestu, habituq; & composita voce pronunciantes.

Ne literas, aut alios libros legere, qui ad ea, que aguntur officia, non pertineant, neq; item ibi, ubi commune officium persolvitur, privatim officium recitare liceat.

Nemo dormiat, nugeturue, aut per aliorum subsellia cursitet, aut vagetur, neq; etiam ex choro quouis colore discedat, nisi necessariam ob causam, & à Prefecto chori petita facultate, sed quisq; loco suo omni studio, ac diligentia sue seruitutis pensum studeat Christo Domino persolvere.

Surgant omnes, cum officij ratio id postulat, genua inflectant, capita aperiant, nec non inclinent, faciesq; ad altare, cum presertim orationes, Evangelia, & præfationes recitantur, & à consecratione usque ad sumptionem versas teneant simul, studeantq;, ne unus ab altero vel paucillum discrepet, sed exteriori gestu, atq; habitu, nec non pronuntiatione concordi obsequium præstent, qui uno spiritu uni Deo inservire debent omni pietate, & contentione.

Qui in aliquo ex his deliquerit, horę illius, cui tunc aderit, distributione non modo careat, sed etiam gravius pro modo culpæ, cum præsertim monitus parere vel neglexerit, vel recusaverit, Ordinarij arbitrato mulctetur.

Cum Episcopus ad Ecclesiam, ut vel solemniter celebret, vel divinis officijs intersit, præsertim diebus festis, accesserit, eum Canonici venientem deducant, & abeuntem ad domum usq; comitentur, nisi fortasse do-

mus ipsa ab Ecclesia nimium sit remota, quo casu duos ex Canonicis eum comitari sufficiet, dum tamen usque ad Ecclesiae fores processionaliter omnes & uenientem recipiant, & discedentem reducant.

Chori praefectus uideat, ne eorum quidquam, quae ad diuina officia ritè persoluenda pertinent, praetermittatur; quos suo officio non satisfacere animaduertit, eos grauius, amanterque redarguat. quod si non obdierint, punitori mandet, ut illos pro absentibus describat, & ad Episcopum deferat, cui poenas illius pendat arbitrio. Si eo in numero Chori praefectus se negligentem praestiterit, ipse ab Episcopo grauius puniatur.

Ne in ijs, quae ad diuinum cultum spectant, quisquam alius, quam ipse chori praefectus iubeat, uel is, cui pro officij ratione id competit, poena contrasacientis non leui arbitrio Episcopi constituenda.

Si autem ille absit, aut Praefectum Chori non habeat Ecclesia, eo tunc fungetur munere, qui primum ex Canonicis tenebit locum.

In omnibus Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesijs electus punctator in Capitulo iuret, se fideliter, ac diligenter suum munus praestitutum. idem iuramentum mox in Episcopi manibus praestet, studiosque eos notet, qui diuina officia ritè ad nostrarum, & dioecesanarum, uel etiam provincialium, ubi ea condita sunt, constitutionum praescriptum non obauerint; Punctationum, uel Data, ut appellant, libros diligenter custodiat, eosque in

singulos menses, aut quoties visum fuerit Episcopo, & Capitulo exhibeat.

Is omnibus horis in Choro intersit, nisi de Praefecti Chori absit licentia, tuncque alium ipsius Praefecti iudicio probandum substituatur, quod si secus fecerit unius dicti integra careat distributione.

Vt autem id punctatoris officium fidelius exerceatur, Episcopus alterum deligat punctatorem ex Canonicis, quem libuerit: quod si quis acceptare noluerit, eum, proposita etiam suspensionis poena, & alia arbitrato suo grauiori ad id munus suscipiendum cogat, atque compellat.

Ambo autem punctatores singulis hebdomadis libros inter se conferant, & omnem controuersiam, si qua inter eos orta fuerit, Episcopus, vel eius Vicarius absque ulla forma iudicij statim diffiniat.

Ubi id pie institutum est, Canonicos, qui Missam Capitularem celebrant, vel Euangelium, aut Epistolam canentes celebrantem coadiuuant, ij pro praesentibus tertiae, sextae, & nonae horis habeantur, id quidem seruandum ducimus, si tamen eo temporis spatio, quo dictae horae recitantur, in Ecclesia, uel in sacristia fuerint, illudque in orationibus, uel meditationibus deuote consumpserint.

Quod si qui, ut alicubi fieri accepimus, eo consilio pro alijs saepe ad altare accedere deprehendantur, ut horarum illarum distributiones lucrentur, quia scilicet non antequam Missa ipsius instante tempore adsint, quodque

statim

statim post Missam celebratam abeant, absque ulla pietatis significatione, ij grauter arbitrio Ordinarij plestantur.

Ubi nullę, uel tenues aded fuerint distributiones, ut uel negligantur, uel negligi possint uerisimiliter, tertia fructuũ pars omnium Canonicatum, & prebendarum, dignitatumq; , reddituum in quotidianas distributiones ex Concil. Trident. decreto omninõ conuertatur.

Distributiones autem ipse ne cuiquam unquam concedantur, nisi ei, qui presens inseruierit, omni collusionẽ, & gratia exclusã nisi ex causa à sacris Canonibus approbata, arbitrioq; Ordinarij comprobanda aliter uisum interdum fuerit.

Quo tempore eis à Trident. Concil. permissum est abesse ab Ecclesia, si triduo reuersuri sunt, à Prefecto Chori, sin autem diutius absfuturi erunt ab Ordinario ipso discedendi petant facultatem, in qua tamen concedenda ipse pro sua pietate, ac prudentia uidebit, ne multis simul ministris absentibus Ecclesię cultus deseratur; tum etiam ne aliquis quo tempore peculiare aliquod seruitium prestare debet Ecclesię, eo uelit recedere, ut partes suas implere subterfugiat.

Ne cui ex Canonicis ab Ecclesię suę seruitio diutius, quàm tres menses, eosque continuos, & interruptos, ut accuratè sancta Tridentina Synodus sanciuir, abesse liceat. cura erit Episcopi, diligenter inspicera, ne fraus ulla fiat. salutari huic decreto cuiusuis, sta-

tuti, aut consuetudinis pretextu, quibus omnibus amplissimè derogatum est, sed in eos, qui contrafecerint pœnis agat ab eadem sancta Synodo præscriptis.

Capitulum obeant in singulas hebdomadas die iuxta consuetudinem præstituta, alioquin arbitrio Ordinarij de consensu Capituli præstituenda.

Ante, & post Capitulum statè preces recitentur, quæ in officio Beatæ Virginis ad inuocandum spiritus sancti lumen congregationis cuiusq; initio, & agendas gratias in fine leguntur impressæ.

Et ut Capitula frequentiora sint, aliquas ijs, qui adfuerint assignandas quamprimum curet Ordinarius distributiones, re cum eodem Capitulo communicata.

In singulos autem menses Capitulum habeatur, ubi non sæpius haberi solet, aut debet, in quo quidem Capitulo de nullo alio prorsus negotio, quàm de rebus spiritualibus, atq; ad diuinum cultum pertinentibus tractetur, tum quæcunq; acta, constitutaue fuerint, ea in peculiarem librum per Secretarium, qui Canonicus sit, referantur.

Singuli vota sua sedatè, atq; ex ordine proferant.

Et cum aliqua beneficia erunt conferenda, aut aliqui ad officia, vel beneficia vacantia eligendi, vel prædia, aut decimæ, censusue aliqui Ecclesiæ locandi, siue ulla alia grani de re deliberandum, suffragia semper secretò dentur, ut liberius quisq; suam ferat sententiam.

Nè cum admittuntur in Capitulum, vel in Chorum

Canonici,

Canonici, aut alij beneficiati, quidq; vel minimum siue in pecunia numerata, siue in quavis alia re solvatur, præter id, quod sacristie, aut honeste mercedis loco officialibus, ac ministris soluitur, quidquid autem præterea solui solitum erat, id omne sacristie lucro cedat omninò.

Caueant, ne resignationes etiam simplices unquam admittant, nisi ad præscriptum Bullæ Pij Quinti eo nomine editæ.

Ne item Canonicatus, aut Capellanas, aut qualibet alia beneficia conferant, quæ in mensibus Sedi Apostolica reservatis vacauerint, siue aliter quomodolibet affecta, vel reservata fuerint, non obstantibus statutis, aut assertis consuetudinibus quibuscunq; sub pœna suspensionis à divinis, & priuationis iure conferendi, quæ eo ipso sustineant.

ulli Ne uiculi bonorum, seu iurium Ecclesiasticorum locationi ultra triennium consentiant contra formam constitutionis Pauli Papæ Secundi, quæ incipit, Ambitiosè, quam quidem hisce in partibus usu iam receptam satis compertum est, alioquin pœnas in ea cõminatas, & grauiiores etiam Ordinarij arbitrato subeant.

Singulis annis proximè ante Domini Aduentum duo ex Capitulo Cathedralis Ecclesie, qui primi presentes aderunt, Nos, aut successorem nostrum certiore faciant, an eorum Episcopi in suis Ecclesijs personaliter resederint, & si absuerint, quo anni tempore, quantoq; spatio

tiò, continuo, aut interrupto toto eo anno abfuerint, ut in eos agi possit ex Tridentini Concilij authoritate, ad fructuum ipsorum pro absentia rata subtractionem: Si duo ij Canonici in eo negligentes fuerint, eorum singuli unius mensis integra priuentur distributione, & grauius preterea puniantur nostro, vel successoris nostri arbitratu.

Ne vacante Canonicatu, & Prebenda eorum fructus ab ipsis, vel à Capitulo, nisi ad formam in constitutione Pij Quinti ea de re prescriptam percipiantur, sub pœnis in dicta Bulla comminatis, atque alijs etiam grauioribus Reuerendiss. Ordinarij arbitratu, quæ, ut omninò seruetur, ideo singulis annis illam legi in Capitulo volumus, ac iubemus.

Ubi Canonicatum prebendæ pro dimidia saltem parte sacerdotales non sunt, studeat Episcopus Capituli etiam adhibito consilio id quamprimum exequi, quod ea de re prudenter, sanctèq; ut reliqua omnia Tridentina Synodus decreuit.

Capitulo autem id renuente, uel negligente Episcopus ipse sedulò efficiat, ut huic decreto satisfiat omninò; ea tamen habita ratione, ut quo ad eius fieri poterit, numero pares adhuc remaneant Diaconales, & Subdiaconales prebendæ.

Ijs uero prebendis, quæ sic Sacerdotales effecte fuerint iura omnia, ac priuilegia, et preeminentias, quæ alijs iamdiu competierunt, sacerdotilibus competere deinceps

ulla

sine
ulla

Nulla exceptione volumus, ac declaramus.

Quòd si qui in Cathedralibus, aut Collegiatis insignibus erunt Canonicatus, quibus nullus ordo sacer annexus sit, ijs ab Episcopo ex eiusdem Tridentini Concilij authoritate cum consilio Capituli singulis singuli sacri ordines annectantur, nec cuiquam deinceps, qui sacris initiatus non sit, vocem in Capitulo, neque ius ad lucrandum aliquos Canonicatus, aut præbendę fructus habere liceat.

Domus omnes Canonicales in Canonice finibus constitutę, ne ulli cuiquam locentur, sed si Canonici ipsi, quibus optiones, vel alio quouis iure obtigerunt, eas non incoluerint, Episcopi alijs Canonicis, aut Ecclesię ministris gratis habitandas concedant, ceterę autem edes Ecclesię stice pro Ecclesię ministris ædificate, laicis ne ullo pacto locentur, nisi ob inopiam id permittendum iudicauerint Episcopi, tuncq; non nisi honestis personis locari permittimus.

In ijs autem Canonicalibus edibus, quę claustris continentur, ne ullo pacto fœminis etiam non suspectis habitare liceat, neque ipsis Canonicis illas in famulatio habere.

Ne quidquam à Capitulo, prædia, census, aut etiam decimas, Canonici conducant ipsi, neque cum aliò conductore quouis modo participent graui pœna ab Episcopo contrasacientibus infligenda. Quòd si pro aliquo intercesserint, ne quidquam vel minimum etiam

etiam gratis oblatum à conductore accipiant sub pœna suspensionis ipso iure subeunda in locationibus quibuscumque, tam quæ ad breue, quàm quæ ad longum tempus fiunt.

Cum autem in oneribus sustinendis iniquum esse videtur pari censi diuitem, & pauperem conditione, quod hætenus factum multis in locis accepimus; id etiã statuerè visum est, ut in communibus expensis nomine Capituli faciendis, pro sui quisque redditus, quem ex præbenda, alijsq; quibuscumque Canonicatus membris percipit, ratione, calculis prius omnium Capituli censuum ad æs, & libram diligenter subductis ad omne communium expensarum genus conferat.

Quæcumq; ad Capitulum pertinebunt, decreta tum hæc nostra, tum in synodis diœcesanis, aut etiam provincialibus condita, ea in tabella vulgari lingua descripta ad parietem sacristiæ affigantur, ut ab omnibus sæpè perlegi possint.

DE CVRAM ANIMARVM GERENTIBVS.

A Nimarum curatores propositum habeant semper ante oculos grauißimum illud, quod sustinent, onus, ipsis nempe Angelorum humeris formidandum, curentq; omni studio, ac pietate, ut ne qua in parte, quantum ipsi præstare poterunt, salutem sibi creditarum desint

desint animarum. Quare ut facilius, que sui muneris sunt, partes ex-
equantur, hec preter ea, que varijs in locis eorum mu-
neribus prescripsimus, quasi peculiaria quaedam capita il-
lis proponenda esse censuimus.

Atque ut norint imprimis, quam necessarium sit in
suis Ecclesijs residere, hec ex Tridentini Concilij fonte
hausta edicimus.

Quisquis igitur beneficium aliquod Ecclesiasticum cu-
ram animarum quomodolibet habens obtinet, quocumque
illud etiam dignitatis nomine nuncupetur, etiam si eidem
cura non ab ipsa imineat fundatione, sed longo post tem-
pore annexa sit, apud Ecclesiam suam resideat, in pro-
pria scilicet, Ecclesie domo, si habeat, alioquin in alia,
que tamen in parochie illius finibus sita sit, neque ei
ulla unquam ratione abesse liceat, nisi aliter interdum
ob iustas causas Ordinarius indicauerit, eiusque rei facul-
tatem scripto dederit.

Qui secus fecerit, preter peccati culpam, quo obstri-
ctus est, poenam etiam amissionis fructuum Ecclesie, cui
preest, eo ipso incurrat, qui quidem fructus in Ecclesie
fabricam, aut in pauperes loci, ex Tridentini Concilij de-
creto, omnino erogandi erunt.

Qui vero plura curam animarum habentia obtinet
beneficia, vel dignitates, aut Canonicatus, aut alia plu-
ra, in quibus residere oporteat, ad Tridentine Synodi
prescriptum, nisi a sede Apostolica speciatim fuerit di-
spensatus.

spensatus, is ab eo tempore, quo posterioris beneficii possessionem assequutus est, sciat beneficium, quod prius obtinebat ipso iure vacasse, teneriq; ideo ad illud statim dimitendum, fructusque omnes interim mala fide perceptos Ecclesie ipsi, ut supradictum est, restituendos.

Quod si quis Canonatum una cum curato beneficio ex dispensatione retinere possit apostolica, iuxta Bullam Pij PP. V. Anno MDLXVIII. Idibus Iulij editam, non in Canonatu, sed in curato beneficio resideat, ex dictae Bullae sanctione.

Si quis autem duas parochiales, quas ex dispensatione item Apostolica, ante Concilium Tridentinum obtinuerat, ultra sex menses post dicti Concilij promulgationem retinuerit, nec alteram dimiserit, ut ipsius Concilij decreto cautum est, is utraq; priuatum se ipso iure fuisse nouerit, atque ab eo priuationis predictae tempore ad omnium fructuum integram teneri omnino restitutionem.

Ut autem hoc adeo salutare, ac necessarium de residentia decretum, quod certe in aliquibus huiusce ditionis partibus non sine magno animi nostri dolore animaduertimus, nihilo magis obseruari, quam si nihil ea de re constituisset sacri unquam Canones, aut nuper Oecumenicum Tridentinum Concilium debite tandem executioni mandaretur. Episcopos omnes obsecramus, & obtestamur in Christo Iesu, qui unus est, ac summus omnium iudex, atq; adeo mandamus, ac districte precipimus, ut eos omnes, qui ad residendum

in suis Ecclesijs quomodolibet tenentur, ad id re ipsa prestandum omnibus iuris remedijs compellant, atque omnino post fructuum subtractionem, & sequestrationem, quam primo quoque tempore fieri mandamus, alijs etiam tum sacrorum Canonum, tum Concilij Tridentini pœnis in contumaces agant, meminerintque, si hac in re negligentes fuerint, aut remissi, se in extremi iudicij die huius negligentia rationem reddituros, & condignas pœnas, Deo vindice, perfoluturos.

Parochi populos sibi commissos ipsimet, vel si legitimo fuerint impedimento detenti, aliorum idoneorum ministerio, diebus festis salutari pascant doctrina, inter Missarum solemnias sacrum Euangelium, qua fieri poterit, facilitate explicantes.

A prandio autem pueros sedulo fidei Christiana prima doceant rudimenta, ceterosque omnes Christi fideles, tam fœminas, quàm mares, sæpe hortentur, ut in eo tam pio, tamque necessario munere se quisque diligenter exerceat, largissimos etiam indulgentiarum a Sanctissimo Domino eo nomine concessarum thesauros consecuturus.

Vesperas præterea ne omittant, atque etiam canant, prout consuetudo loci, & coadiuuantium numerus postulabit, ad quas decantandas omnes Clericos, quicumque in parochiæ finibus degunt, conuenire volumus, ac iubemus, pœna eis, qui id facere neglexerint, arbitrati Ordinarij infligenda.

Sedulo inuigilet, ne superstitiones, aut abusus at-
quos in populo sibi commissos sinat succrescere, atque eos
præcipue, qui ad impietatem tendunt.

Ne benedictionem, quæ puerperis impendi solet, in pri-
uatis unquam ædibus quibusuis impertiatur mulieribus.
Quare cum illæ post partum ad Ecclesiam accesserint, il-
lis benedicturus parochus, ne Missam (ut aiunt) siccam
celebret, prætermissa scilicet corporis, & sanguinis Do-
minici consecratione, quam neq; unquam alias celebra-
ri ullo pacto permittimus.

Unusquisq; animarum Curator, quinque libros habeat, in
quorum uno, eorum qui baptizantur, in altero eorum,
qui confirmantur, in tertio eorum, qui matrimonia con-
trahunt, nomina diligenter adnotet, in quarto autem ani-
marum omnium in suæ parochiæ finibus degentium, atq;
morientium statum, quam diligentissimè describat, ad eam,
quæ inferius adijcietur, formulam, in quintum verò om-
nia, quæ in singulos annos, vel ab Episcopis, vel ab alijs
uisitacionibus edentur in uisitatione decreta referan-
tur, ut ea diligentius exequatur ipse, & alios, ad quos
pertinebit, exequi sollicitè curet.

Studiosè præterea inquireat, si qui sunt in Parochiæ
suæ finibus publici peccatores, eosq; postquam moniti re-
sipiscere noluerint, ad Episcopum deferat, & præsertim
si quos heresis nomine suspectas nouerit. *eos statim denunciât*

Si quas intellexerit rixas, aut inimicitias inter aliquos
suæ parochiæ homines intercedere, eas omni cura studeat

componere. *motus misericordiam, libere, et temperate, motus*
 Agrotos, etiam non vocati, visitent frequenter,
 eosq; ad sacramenta suscipienda cohortentur, praesertim
 autem curent, et ne sine viatico, & extrema unctio-
 nis sacramento, quod multis in locis iamdiu, vel paro-
 chorum incuria, vel temporum intermissum est iniu-
 ria, decedant.

Omnia autem sacramenta ritè, & rectè administra-
 re studeant omni animi pietate, & exteriori etiam cul-
 tu, ac diligentia, iuxta sacrorum Canonum sanctiones,
 & Ecclesiae cuiusq; laudabiles ritus, atque haec praeser-
 tim, quae de illorum administratione subdere visum est,
 diligenter obseruent.

DE SACRAMENTIS.

Sacramenta omnia, cum à Christo ipso ad omnium sa-
 lutem sint instituta, omni animi pietate, ac religioso
 cultu tractanda sunt, ac percipienda. Quare ij caueant
 diligenter, ad quos illorum pertinet administratio, ne im-
 pure ministrantes, dum alijs salutem afferunt, aeternam
 sibi mortem comparent.

Studeant igitur ab omni mortiferi peccati labe inte-
 grum servare animum, qui ad illa ministranda omni fe-
 re temporis momento parati esse debent.

Verum, ut fidelium mentes ad ea percipienda, quae
 par est devotione erigantur, Sacramentorū vim, ac vir-
 tutem

tutem frequenter parochi, præsertim autem cum illa ministranda erunt, ex Cathæchismi Romani sententia populis suis explicabunt.

Caveant præterea, ne pro illorū administratione quicquam prorsus exigant, extorquantur, signisue, aut verbis aliquid tanquam precium, aut mercedem quouis modo petant, vel exigant; id enim non sordide tantum avaritia, sed etiam simoniacæ prauitatis non caret suspicione.

Quod tamen elemosina nomine dari solitū est, promptè impendant homines laici piè, ac religiosè introductā consuetudinem sanctè obseruantes; ad quam quidem piæ consuetudinis obseruationem si reuenerint, poterunt ab Ordinarijs sacrorum Canonum, iure compelli.

Qui sacramenta ministrauerint, ij semper induti sint superpelliceo, & stola, si secus fuerint, pœnas dabunt Episcopi arbitrātū.

DE BAPTISMO.

Baptismum, qui est ianua sacramentorum, quiq; ad cœlum aditum aperit, administraturus sacerdos non ipse solum grauitè, sanctèq; accedat, sed etiam curet, ut baptizandi sine pompa ad Ecclesiam deferantur, qui se mundo, eiusq; pompis renunciare pollicentur.

Unus tantum, & una ad summum infansem è fonte suscipiant, qui tamen infideles non sint, aut hæretici,

aut

aut interdicti, vel excommunicati, non publici criminosi, non pueri, non monachi, non eorum, qui baptizantur, parochi, non parentes, non fratres; qui tamen norunt prima saltem fidei rudimenta, ut ea docere possint, quos de sacro leuant fonte.

Eos autem instruat parochus, quam cognationem spiritualem in susceptione illa contraxerint, moneatq; proprium illorum esse munus, ut cum primum baptizatus uti ratione coeperit, non tantum eum in primis Christianae fidei initijs erudiat, sed hortentur etiam ad amplectendum castitatem, iustitiam, & charitatem, eoq; diligentius haec praestent, quo infantis parentes vel negligentiores fuerint, vel è vita decesserint.

Ne infantibus gentilium, sed sanctorum nomina imponantur.

Infantes infra annum ab ortu diem ad Ecclesiam baptizandi deferantur; quod si facere neglexerint, quorum ea est cura, p[er]na interdicti ab ingressu Ecclesiae afficiantur.

Ne illos infra annum à natalis die parentes, aut nutrices secum seruent in lecto propter oppressiois periculum, nisi paruulis quibusdam cunulis adhibitis, quae infantes in lecto etiam ab oppressione solent defendere.

Nemini omnino liceat quenquam extra Ecclesiam baptizare, nisi imminente mortis periculo; tunc autem, si adsit sacerdos, baptismus ab illo ministretur, sin absit, à sacris initiato, quo item absente à clerico, tum à laico, mare item in primis, tum demum à femina, ita ut dignior

dignior semper, qui adfuerit, id ministret sacramentum.
 Quare sepe, & grauiter moneantur obstetrices, ne
 unquam nisi in extremo vita periculo positis ipse
 baptizent.

Ea autem forma verborum omnibus utendum esse
 docebit frequenter parochus populum, ac praesertim
 obstetrices; Ego te baptizo in nomine patris, & filij, &
 spiritus sancti; cui non addendum quicquam, detrahen-
 dumue admonebunt; Tum etiam verba non ante, vel
 post ablutionem, sed eo ipso tempore, quo abluuntur, esse di-
 stinctè pronuntianda.

Si domi baptizatus postea vixerit, omnino infra octa-
 uum ab ortu diem, vel cum primum licuerit per vale-
 tudinem, in templo sistatur, ubi si rectè baptijmi for-
 mam seruatam esse constiterit, qua in re exquirenda,
 quam poterit, diligentiam adhibebit parochus; ne amplius
 baptizetur, etiam sub illa verborum formula, si es ba-
 ptizatus ego non te baptizo, si non es baptizatus, ego te
 baptizo &c. sed sacra tantum ceremoniae ex vniuscuiusq;
 Ecclesiae probato ritu adhibeantur, quas uti prohibemus
 in priuatis adibus adhiberi, ita edicimus omnino, ut in
 Ecclesijs ne omittantur; sub excommunicationis poena,
 quam infantis parentes, vel eos omnes, ad quos ea cura
 pertinet, subire volumus, & declaramus.

Aqua non manu, sed scutula vitrea, vel fictili niti-
 da, ac decenti super caput infantis infundatur.

Non denudentur infantes nisi à capite, & scapulis.

Baptizati

oſſe Baptizati na ſuper altari collocentur munieribus com-
 patrum redonendi. *Normina autem infantum, & patrinorum in libro ad
 formam inferius traditam deſcribantur.*

DE CONFIRMATIONIS SACRAMENTO

Quoniam ij, qui Baptiſmum ſuſceperunt, quaſi imo-
 do geniti infantes, infirmi adhuc eſſent ad virili-
 ter contra ſpirituales haſtes pugnandum, ideo Chriſtus
 Dominus ne qua in re ſuis militibus deeſſet, Chriſmatis
 ſacramento, quod ritè ſuſcipientibus fidelibus ſpiritus ſan-
 cti plenius inſundit Charismata, eos muniri voluit, qui
 crescente iam etate, ſolidiori etiam cibo indigere viden-
 tur, ut aduerſus omnes carnis illecebras, mundiſq; ten-
 tamenta, & malorum Damonum vires, atque inſidias
 robuſtiores euadant, ad nomen Domini noſtri Ieſu Chri-
 ſti non ore tantum, ſed factis etiam conſitendum, ſem-
 per q; & ubiq; locorum glorificandum.

Quare cum ſacramentum hoc Chriſmatis, vel Conſir-
 mationis, erit ab Epifcopo adminiſtrandum, quod quidem
 in Ciuitate diebus Pentecoſtes, in dioceſi autem, cum
 Viſitationis obit munus, miniſtrare debet, Parochus
 aliquot dies ante id populo denunciet, eumq; de excellen-
 tia, & virtute huius ſacramenti, ex Cathechiſmi Ro-
 mani doctrina inſtruat, ac diligenter edoceat, ac, quo ma-

ione animi preparatione illud suscipiant, eos ad confessionem, & sacram communionem si rationis usum habuerint, studiosè hortentur, & si fieri commode poterit, inducant.

Præsertim autè moneat, sine sacrilegio sacramentū hoc iterari non posse, sed neq; etiā sine magno crimine negligi.

Curent igitur diligenter parochi omnes, frequenterq; id moneant, ut quicumq; intra parochia sua fines habitant, neq; adhuc sunt confirmati, illud omnes, cum primum facultas dabitur, piè, ac deuotè suscipiant.

Docéant præterea Septennio minores, minime esse admittendas, quanquam et decimum annum expectari optimum sit, ut usum aliquem rationis habentes maiore animi pietate sacramenti vim, & gratiam fideles uberioris percipiant.

Non à prandio ministrandum hoc sacramentum erit, ut ieiuni tantū illud suscipiant, nisi cum aliud necessitas, Episcopi iudicio postulabit.

Patrinos autem diligenter officij sui admonitos faciant, ut scilicet eorum, quos susceperint, tamquam filiorum spiritualium, in omnibus quidem paternam curam gerant, sed præcipuè in ijs prima doctrinæ Christianæ rudimenta perdocendis, quod ab ipsis quidem nihilo minus, quam ab infantum in baptismo susceptoribus necessario exigitur pietatis officium.

Reliqua item omnia moneantur patrini, quæ de baptis-
mi patrinis supra sancita sunt.

Illud autem præterea, quòd qui confirmatus prius nõ sit, alterum leuare ne audeat. Neq; uerò, nisi aliud necessitas postulabit, fœminis uir, neq; contra, uiris fœminæ, neq; pueri senioribus, cum apud illos patrum uices agere idonei non sint, compadres adhibeantur, æquum est.

Proximè ante huius sacramenti administrationem, si Episcopus ipse concionaturus non sit, uel neq; alius adsit concionator ad instruendum populum, descripto legat parochus, uel Episcopi capellanus, quam Episcopus quisq; uulgari lingua fusiùs imprimendam pro sacramento hoc pie, sancteq; suscipiendo curabit instructionem.

Tum quæ commodior Episcopo uidebitur, in eatur ratio, qua singulorum, qui confirmantur, & qui suscipiunt, nomina ut infra notatum est, diligenter perscribantur, ut de cognationis spiritualis, quæ in confirmatione, æquè, ac in baptismo contrahitur, impedimentis consistare perpetuò possit.

DE SANCTISS. EUCHARISTIAE SACRAMENTO.

Prestantissimum ut est omnium Eucharistia sacramentum, in quo, scilicet, continetur ipse omnium bonorum dator Christus Dominus, ita summa reuerentia, & cultu quàm diligentissimo seruari debet, ac ministrari; Quod ut facilius præstetur, curet Episcopus quisq;

societatem Sanctiss. Sacramenti; primo quoque tempore in singulis parochialibus Ecclesijs instituire, atq; à sancta sede Apostolica indulgentiarum thesauros peculiare impetrare, aut eos, quos iam pridem sibi concessos Archiconfraternitas Sancta Maria super Mineruam solet alijs societatibus eiusdem Sanctiss. Sacramenti extra Urbem communicare.

Sodalium autem cura erit providere, ut ne unquam lumina deficiant, tum in ministrando, tum in deferendo in supplicationibus, vel ad infirmos Sacramento. Ut semper ante tabernaculum coluceat lampas, reliquaq; præterea, quæ distinctè magis in dictarum sodalitarum constitutionibus declarabuntur.

Quod summopere cupit pia mater Ecclesia filios suos Sanctiss. Christi corpus sumere frequentissime, quo quidem nihil esse potest vel ad salutem æternam comparandam fructuosius, vel ad depravatos mores corrigendos efficacius, id tamen iubere noluit hac tempestate, qua in cordibus fidelium nimium refriguisse charitatem animadvertit.

Quare id tantum gravissima pœna proposita edixit, ut fidelis quisque saltem in Paschate, singulis annis communice.

Si quis igitur ad eò salutis suæ immemor fuerit, ut tam facili præcepto adhuc obtemperare noluerit, neglexerit, eius nomen statim transacto die octavo Pasche Parochus ad Ordinarium deferat, qui in eum ex sacro-

rum

rum Canonum constitutione censuris, & alijs pœnis acriter animadvertat.

Parochi igitur, ut certius sciunt, an suae cure commisi omnes in Paschate communicauerint, vniuersos, et singulos in suae parochiæ finibus degentes, qui dol fuerint capaces, describant diligenter, atque in Paschate non nisi ijs, qui vel ipsis, vel alicui ex approbatis confessorijs peccatorum suorum confessionem fecerint, cuius etiam confessionis scriptam fidem afferant, sacram Eucharistiam administrent: Qui Paschæ tempore abfuerint, nisi reuersi fidem afferant, ubi Sanctiss. Eucharistiam sumpserint, ab Ecclesia arceantur, donec in propria parochia communicauerint, & si eos interim ab hac vita decedere contingat, Ecclesiastica careant sepultura.

Manifestos sceneratores, blasphemos, concubinarios, & id generis, alios peccatores, ne ad communionem accedere permittant parochi, nisi prius vere pœnitentiæ aliquod solidum, & non fictum dederint indicium.

Neque qui prima fidei rudimenta ignorent, neque illa post aliquot monitiones curent perdiscere.

Ad hoc sanctissimū Sacramentum accedentes demissa facie, humiliq; gestu accedant, ac modesto vestitu non sordido quidem, sed nec superbo, omniq; armorum genere deposito, Mulieresq; item non fucatae, aut studiosius ornatae, neq; preciosioribus vestibus indute.

Cum ijs ministrandum erit, qui nunquam ante illud sumpserint, eos parochus, aut confessorius ipsi parochi cognitus

cognitus aliquot dies ante diligentius instruat de vi,
tanti dignitate Sacramenti.

Ijs item, qui raro sumere consueuerunt, non ante mi-
nistret, quam eos admonuerit quanta reuerentia, atq; hu-
militate accedere oportet ad sacramenti illius mensam,
quantaq; sint indignè sumentibus parata supplicia.

Post communionem ne Vinum, quod pro ablutione
datur, quodq; nemo quauis ratione debet renuere, calice
consecrato porrigatur, neuè alio vase, quod ad calicis for-
mam confectum sit.

Vas tamen ad illum usum adhibitum ad nullum pre-
terea adhibeatur.

Neuè ab illo vasculum proferatur ad aliquas reci-
piendas eo tempore elemosinas.

Fœminæ autem à viris separatæ accedant, ubi id per
Ecclesiæ licebit amplitudinem.

Seruetur toto anno Eucharistiæ sacramentum, apud
singulas parochias in tabernaculo ad formam supra nota-
tam confecto, atq; in quatuor saltem particulis, aut etiã
pluribus iuxta populi frequentiam, et temporum condi-
tionem, quæ quidem particule, in singulos octo, aut ad
summum decem dies renouentur, ac quoties consecranda
erunt, recentes adhibeantur.

In hostia, verò magna ne unquam seruetur, nisi cum
vel populo erit ostendenda, vel in processionibus de-
ferenda.

Curet aut parochus, ut nullus unquam, quo ad eius
feri

fieri pōt, in suę parochie finibus degens sine hoc salutarī
decedat sacramento, quapropter quoscunq; egrotare nove-
rit, eos adeat statim, ut ad peccatorum suorū faciendam
confessionem, & ad communicandum inducat.

Moneat etiam mulieres proximē ante partum, ut pro-
pter instans mortis periculum sacram Eucharistiam in
Ecclesia sumant.

Cum deferendum erit ad egrotos sacramentū, curam
animarum agentes super pelliceo, & orario induti, atque
etiam, ubi id fieri poterit, pluviali deferant piē, & hono-
rificē sub decenti ombella; tuncq; duæ saltem particule
deferantur, ut una ab infirmo sumpta, altera ad Eccle-
siam cum eodem honore referatur.

Cum autem per locorum asperitatem, aut nimiam
distantiam ombellam adhibere minimē licebit, tunc, &
nam tantum ferant, maiori tamen, qua poterit, vene-
ratione.

Quamplurimos poterit parochus conuocet ad associan-
dum cum intorticijs, aut alijs cereis accensis, dato paulo
ante certo campanæ signo.

Paruū item tintinnabulū pulsari curet in uia, et Psal-
mum Miserere, & alios poenitentiales intelligibili uoce
pronunciet, clerico, uel alijs etiam, qui respondere no-
uerint, alternatim respondentibus.

Cum redierit ad Ecclesiam parochus omnes, qui ade-
runt, piē hortetur, ut religiosum illum piē associandi san-
ctiſs. Sacramenti usum semper retineant, tum denun-

ciata

ciata eis indulgentia, quam fuerint consecuti, atq; oratione de Sacramento recitata, illis benedicat manibus tenens pyxidem cum sacramento, tum verò in pace dimittat.

DE SANCTO MISSAE SACRIFICIO.

Sacerdos, qui, ut ait Apostolus, inter homines in suis, quæ sunt ad Deum, electus est, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis populi, secum ipse frequenter consideret, quod, quantumq; sit officium suum offerendi, & victimam illam sacratissimam innocentissimi filij Dei pro peccatis totius populi immolandi, atq; uti sæpius celebrare debet, ne fraudet Ecclesiam Dei tanto, tamq; admirabili dono, ac beneficio, ita quoq; eum eniti par est, ut omni animi pietate, ac religione sacrosancta illa, & illibata offerat dona, ne cum alijs opem imploraverit, ipse sibi exitium paret.

Celebraturus igitur diligenter discussis prius conscientie suæ latebris, ne forte peccati mortalis reus accedens iudicium sibi manducet, & bibat, mentem erigat ad tam sublimis, quod acturus est, mysterij contemplationem; aliquam præterea ex orationibus, quæ Missalis initio ante Missam recitandæ adnotatæ sunt, devotè, ac flexis genibus pronunciet.

Caveat autem ne ante celebret, quàm matutinum officium saltem persolverit.

Antequam

Antequam item totam Missam, aut ea saltem, que in dies mutantur, perlegerit, ne, cum in altari fuerit, hereat, vel in ijs queritandis occupetur: Omnia uerò clara distinctaq; voce, non nimis celeri, neq; item nimis tarda pronunciet, ut facili, & grata attentione ab omnibus audiatur.

Que autem secreto dicenda sunt, ea non ita quidem pronunciarì debent, ut à circumstantibus percipiantur, quacumq; consuetudine non obstante, que potius corruptela est dicenda, sed neq; etiam ita humiliter, ut seipsum proferentem saltem sacerdos non intelligat.

Cum Missę sacrum fit, ne minus, quam duę, eaque non nimium exiles, aut tenues, sed decentes adhibeantur candelę, eęq; non, nisi post recitatum Euangelium, quod in fine dicitur, extinguantur.

Ne uenales ea circumferantur à Clerico, uel à quouis alio, eo præsertim tempore, quo Missa celebratur.

Ne ué cereos, aut intortitia, que, cum sacratissima hostia sustollitur, accenduntur, ante sanguinis sumptionem extinguere liceat.

Ministri, Clerici autem, qui celebranti inserviunt, etiam clericali caractere minimè insigniti talari veste induantur, quamquam etiam eos cotta superindutos esse maxime conuenit.

Sacerdos quisq;, etiam parochus ne quicquam profani in Missa populo enuntiet, nisi eius rei data ab Episcopo scriptis facultate.

In cātico Gloria in excelsis ne verba illa, quę in Missali Romano nuper edito sublata sunt, ullo pacto etiam à quouis, ritu Romano minimè celebrante dicantur.

Neque item ea, quę in sequentia Paschali sunt equè sublata.

Post sumptū sanguinem uino tantum, nunquam autē aqua se purificet sacerdos, tū abluat digitos, & ablutio- nem sumat, tum uero calicem purificatorio abstergat, sub poena suspensionis precipimus, quam pœnam eo ipso sustinebit, quicumq; neglecto purificatorij usu, quod in aliquibus Ecclesijs hætenus seruatū animaduertimus, linteolo ad altare appenso calicem abstergere ausus fuerit, quacumq; consuetudine, quę imò corruptela est, non obstante.

+ Sacerdos indutus, atq; ad Missam paratus ne quenquam in altari expectet, quod adeo indecorum est, ut ne que etiā Episcopi sacerdotem quemquam expectare, aut etiam capellanos suos ipsi pati debeant.

Ne in Missæ introitu psalmum, qui incipit, *Iudica me Deus* &c. Neq; in fine initiū *S. Ioannis Euangelij* prætermittat, ijs tantū Missis, diebusq; exceptis, quibus aliter ex noui Missalis regulis præscriptum reperitur.

Sacrum Canonem attentè legat, distincteq; pronūciet, maximè uerò consecrationis uerba de tabella, quam ad omnia altaria, cū celebratur, adhiberi uolumus, eamq; ex nuper impressis, ne quem forte errorem admittat, qui si in omni Missæ parte non leuis esse unquam potest, in Canone certè non nisi grauior multò, atq; in consecratione
longe

longe grauiſſimus æſtimandus erit.

Clerici tam ſeculares, quàm regulares diœceſis alienę, ne ad ſacrum faciendũ admittantur, niſi ſui Ordinarij diſſorias litteras oſtenderint, quę ſi ante ſex menſes datę fuerint, oſtendere etiam debet ſcriptum illius Ordinarij de moribus, & vita testimonium, in cuius diœceſi aliquandiũ permãſerint.

Si quis autem Rector clericos huiusmodi celebrare permiferit in ſua Eccleſia, is grauiſſe arbitrio Ordinarij puniatur.

Quacunq; in choreis, ſpectaculis, vel alijs profanis actionibus adhiberi ſolent muſica inſtrumenta, ab Eccleſia in omnibus diuinis officijs excludantur, in Miſſa autem præcipuè, tum maximè cum ſacraſſis Chriſti corporis adorandum ſuſtollitur.

Ne cuiquam, etiam regulari ſacerdoti in priuatis domibus, atq; omnino extra Eccleſiam celebrare liceat, ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis, quam ipſo iure ſubeat, niſi Ordinarij ipſius conſeſſu, qui non alibi tamen, quàm in oratorijs ad diuinum tantum cultum ædificatis, ijsq; diligenter inſpectis, et grauem aliquam ob cauſſam eius rei facultatem ſciat eſſe concedendam.

Neuè in altari, quod ſub dio poſitum ſit, niſi peſtilentię (quod abſit) tempore, *quo ſani & ſane decem integunt*

Qui oratorijs, aut capellis quibuſcunq; extra orbem inſeruerit, etiam ſi regularis ille ſit, ne ante Miſſam celebret, quàm hora illa tranſacta, qua in ipſa paro-

chiali Ecclesia Missæ sacrum fieri solet, nisi fortasse ad populi commoditatem secus parochus ipse iudicauerit, & permiserit, tuncq; ne ullam oblationem, nisi à sodalitatũ confratribus in Missa colligat.

Nemo ante auroram, excepta Natiuitatis Domini nõ ete, celebrare audeat, neq; item post meridiem.

Studeat sacerdos quisq; ritu Romano celebrans, statis illis ceremonijs, & ritibus uti, qui Missalis initio iussu Pij V. nouissimè editi adscripti sunt.

Regulares autem, cuiuscunque ordinis, aut regula ij sint: cum genuflectendum est ad sanctissimum Christi corpus, vel sanguinem, non capite tantum, ut solent, inclinato, sed genibus ad terram usque complicatis profundè inclinentur.

Fideles autem tanto sacrificio intersint ea animi deuotione, qua illius participes fieri mereantur, atque etiam illa corporis externa, quàm supra tetigimus, compositione, cum de pià in Ecclesijs uersandi ratione ageremus.

DE POENITENTIAE SACRAMENTO.

AD pœnitentiæ sacramentum fideles omnes post baptismum lapsi, tanquàm ad secundam tabulam, cui adherentes ex peccati naufragio salui fiant, confugere oportet. Quare cum illud adeò sit necessarium, ut sine eo remissionem peccatorum à Domino sperare nequaquam liceat,

liceat, Parochi sepe populos sibi commissos docebunt, quæ ad illius fructum verè consequendū necessaria sint, nempe veram cordis cōtritionem; humilem, ac simplicem oris confessionem; nec non integram operis satisfactionem; quo pacto vera contritio acquiratur; qualis esse debeat vera confessio; postremò quis iustæ sit satisfactionis modus; quæque singularum harum partium conditiones, vires, & fructus. quæ omnia ex Cathecismi Romani ordine, & doctrina docere facile poterit, ac debebit.

Cum autem sacerdos huius sacramenti minister iudicis, ac medici vices gerat, ut & inter lepram, & lepram sciat discernere; & congrua egrotis adhibere medicamenta; præter ordinem, & iurisdictionem, quæ duæ res prorsus sunt necessariae, tum etiam doctrina, & prudentia præditus sit. Quare iure optimo statuit sacra Tridentina Synodus, quòd nos quoque adiecta suspensionis pœna ipso facto contrafacientibus subeunda, decernimus, ut nullus præterea, qui parochiali Ecclesie non præsit, etiam si regularis fuerit, confessiones audiat; nisi prius facultatem ab Ordinario scripto concessam obtinuerit, quæ illi, non nisi prævio examine, coram ipso, nisi iure impeditus fuerit, faciendo concedet.

Comprobatio autem gratis ita concedatur, ut ne quid secretario etiam pro sigillo, aut laboris ratione capere liceat.

Quia verò paucissimos comperimus, qui ad audiendas confessiones, vel mediocriter idonei videri possint, propterea.

pterea id præcipimus, ut Episcopus quisq; infra duos menses, omnes tam regulares, quàm seculares confessarios, quicumq; illi sint, prævio etiam examine iam probatos, & data etiam scriptis facultate comprobatos, coram se conuocet, ac pijs aliquot, doctisque adhibitis viris, diligenter iterum examinet, eosq; tantum, quos vere idoneos ad id muneris obeundum iudicauerit, postposita dignitatis, aut personæ vel religionis ratione dimittat qui secus fecerint, reos se coram Deo seuerissimo Iudice eorum omnium criminum, et culparum, quæ ob dictorum confessariorum inscitiam in Ecclesiam Dei uel irrepserint, vel commissa iam emendata non fuerint, constituendos.

Confessiones autem, ne quisquam in priuatis ædibus nisi infirmæ valetudinis causa audiat, sed publicè in Ecclesia, loco non obscuro, sed aperto, & conspicuo fœminarum autem non nisi in Confessario eius rei causa ad formam iam traditam confecto, & instructo; extra quod si mulierem aliquam transacto duorum mensium spatio audierit siue secularis siue regularis sit, Ordinarij arbitrio grauius puniatur.

Ne à casibus, qui Sanctiss. D. præsertim in Bulla cœne Domini, & Ordinario reseruari fuerint quenquam absoluat. Quare ne id aut per obliuionem, aut per incuriam aliquando committat, atque eam ob causam in pœnas excommunicationis, & priuationis munere prædicandi, ac confessiones audiendi, in ipsa Bulla comminatas incidat,
dictam

dictam Bullam in die cœne Domini legi quotannis solitã apud se habeat, eamq; frequenter legat, tum verò proximè ante Aduentũ Domini, & quadragesimæ tempus diligenter inspiciat, ac simul cum pagella, casus Reuer. Ordinario reseruos continente confessionali ita affigat, ut eam cum confessiones audit, præ oculis habeat.

Pœnitentes admonebit sua ipsos peccata confiteri debere, non expectata ipsius Confessarij interrogatione; si tamen opus esse viderit, illos sua diligentia adiuvabit, non inutilibus tamen, vel ociosis eos detinens interrogationibus.

Examinet diligenter Confessarius quisq; pœnitentiũ singulorum conscientiam, an feneratorios, aliosq; iniustos contractus exercean, legatauq; pia non persoluant, aut quouis pacto aliena possideant; cautiq; sint, neminem in eiusmodi casibus absolueret, nisi facta prius debita satisfactione, si potest, vel se quamprimum poterit satisfactorum promissione.

Si quando pœnæ aliquæ pecuniariæ irrogandæ erunt pro criminis, aut personæ ratione, eas ne ullo pacto sibi adiudicet, aut etiam sponte oblatas accipiat, nevé Ecclesiæ, vel monasterij proprij commodo applicet, sed in pium aliquem usum, prout charitas postulabit, imponendas curet.

Si quid pro huius sacramenti administratione spontè fuerit à pœnitentibus eleemosinæ nomine oblatum (nihil enim omninò exigi, aut peti posse iam diximus) id
quidem

quidem recipi potest, quanquam etiam laudabilis erit eo confessionis tempore illud respicere, sed ne in aperto sit loco prohibendum censemus, ita enim tacite inuitari videntur alij ad eandem eleemosinam erogandam.

Canones pœnitentiales rectè nosse studeat, ut & uniuersè modū satisfactiōis culpæ ratione temperare sciat, & diligenti cura efficiat, ut pœnitentes intelligant quàm benignè secum agatur in grauibus adèò antiquorum Canonum mitigandis pœnis, quoad pœnitentias sibi iniunctas humiliter suscipiendum, eisquæ integrè satisfaciendum promptiores reddantur.

Videat quàm diligentissimè, ne verba, quæ necessaria omninò sunt in absolutione prætermittantur, ea scilicet. Absoluo te. Hanc autem omnibus, qui Romano ritu utuntur, seruandam formulam proponimus. Misereatur etc. Indulgentiam &c. Dominus noster Iesus Christus te absoluat, & ego auctoritate ipsius te absoluo ab omni vinculo excommunicationis minoris, aut etiam (si eius rei facultatem habeat) maioris, si quâ teneris; deinde absoluo te ab omnibus peccatis tuis. In nomine patris, & filij, & spiritus sancti amen. Passio Domini nostri Iesu Christi, & merita Beatæ Mariæ semper Virginis, & omnium sanctorum, & quicquid boni feceris, & mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum tuorum, in augmentum gratiæ, & premium vitæ æternæ. Amen. Vade in pace, & noli amplius peccare. Confessionem, cuius sigillum inuiolabile esse debet, ne quisquam

quisquam audeat verbo, vel signo, alioquē quouis modo, directē, aut indirectē reuelare, alioquin pœnas à sacris Canonibus inflictas, absq; ulla spe veniæ, subire compellatur. Caueat autem, ne verbis etiã generalibus; in locis præsertim minus frequentibus aliquid eorum, quæ in confessione audierit cuiquam quauis occasione significet, neuē cum aliquem absoluendum non esse censuerit id directē, vel indirectē reuelet.

Cum ad agros in lecto iacentes, Medici vocati fuerint, ipsos ante omnia moneant, ut approbato Confessori suorum peccatorum, iuxta sanctæ Romanę Ecclesiæ ritum faciant confessionem, neq; tertio die ulterius eos visitent, nisi longius tempus eis aliqua rationabili causa adducti concesserint, eiusque rei, vel scilicet factæ, vel dilate confessionis testimonium, scripto fecerit Cōfessarius. Si quis autem hanc piam certe, ac propè necessariam constitutionem neglexerit, in eum seuerè agat Episcopus, ad Bullæ Pij Quinti hac de re cõditæ præscriptum, quam infra adnotari volumus, ut eam omnibus in sua Ciuitate, & Diœcesi commorantibus medicis quàmprimùm intimet, eosq; ad illius obseruantiam omnibus iuris remedijs Ordinarius compellat.

DE PRÆBENDA Pœnitentiaria.

IN omnibus cathedralibus Ecclesijs, ubi commode fieri poterit, Episcopi primo quoque tempore Pœni-

tentiarium instituant, illique ex Tridentini Concilij authoritate primò vacaturam uniant præbendam, quæ deinceps ei tantum conferatur, qui Doctor, aut licentiat^{us} in sacra Theologia, aut iure Canonico sit, annorum minimum quadraginta, eiusque conditionis sacerdos, cui ^{tuus} tanto Episcopus ipse à casibus sibi reseruat^{is} absoluendi facultatem committere possit.

Is autem dum in Ecclesia confessiones audiet, pro præsentⁱ in choro, etiam quoad distributiones quotidianas quasuis, integrè percipiendas habeatur.

DE IEIUNIO.

INter omnia, quæ ad cohibendam carnis petulantiam spiritui Humilitatis, ac pœnitentiæ semper aduersantem plurimum valent, præcipuum est, ac singularis propè virtutis sacrum ieiunium, cuius quidem præceptum cum à Deo ipso institutum, postea verò ab Ecclesia sancta in diuersa anni tempora distinctum omnibus Christi fidelibus, propositum sit observandum, non est, quòd illud ad Clericos tantum laici viri putent pertinere.

Quare toto quadragesimæ tempore, Dominicis diebus tantum exceptis, sciant debere se sub mortiferi peccati pœna non modo à carnibus, ouis, & lacticijs abstinere, sed etiam unica tantum comestione contentos esse, nisi forte perexiguum ientaculum in Vespere, non tamen cibi loco sumatur.

Tum etiam quatuor anni temporibus, & sanctorum vigilijs, quibus ieiunari iussum est, eadem ieiunij lege esse obstrictos, nisi alię ubi cōsuetudo hęc recepta iam sit, ut ovis, & lactiinijs licitè quisq; ijs temporibus, ac vigilijs vti possit.

A qua ieiunij lege ij tantum excipi debent, qui vel urgenti necessitate, vel imbecilla etate, morbove aliquo, aliaue iusta caussa impediti sint, quã tamen caussam ne quis legitimam fore arbitretur, nisi illa utriusq; Medici, corporalis, scilicet & spiritualis iudicio fuerit comprobata. *si. can. et is adest, et causa requirit.*

DE ORDINIS SACRAMENTO.

VT sacri ordinis sacramentum omni, qua fieri possit diligentia, ac pietate conferatur ab Episcopis, & ab ijs, qui promouendi erunt, suscipiatur, quod summo perè optaret sancta Tridentina Synodus, post edictum de ordinibus conferendis promulgatum, primo Iouis, vel Dominico die fiant publicę supplicationes ad exorandum Dominum, ut dignetur ipse sibi dignos ministros assumere, qui sint secundum cor suum, quiq; non indigni sanctis altaribus suis ministrare valeant.

Ij verò, quibus promouendorum examina commissæ erunt, ac Episcopus ipse in primis qui nisi legitime impeditus interesse debet omninò, omnem curam adhibeant ut non literarum ignari, nec qui minoris etatis sint

quàm quæ à sancta Tridentina Synodo prescripta est, vel alioquin indigni, aut incapaces admittantur.

Presertim autem caveant, ne quem ad maiores ordines, qui non horas Canonicas; necnon ad minores, qui non officium Beatæ Virginis recitare noverit, unquam probent.

Studeant verò Episcopi quæcumq; de hoc Sacramento administrando sanctè, & accuratè à Tridentino Concilio sancita sunt diligenter observare, at hæc, quæ sequuntur quàm diligentissimè.

Ne quidquam pro sacrorū ordinum collatione ab Episcopo, vel ab eius ministris etiam à sponte dantibus accipiatur, liceat autem scribis, aut secretarijs qui literas ordinum conficiunt decimam ad summum nummi aurei partem accipere. Quòd si quis amplius exigere, vel etià gratis datum accipere ausus fuerit, is priuatus omni Ecclesiastico officio, inhabilisque ad omnia alia obtinenda perpetuò sit, atq; etiam excommunicationis gladio pro modo culpæ, si videbitur, ab Ordinario feriatur.

Qui prima tonsura, aut minoribus ordinibus initiari voluerit à parochio suo; tum etiam à ludimagistro scriptum afferat, quo de eius vita, moribus, atq; in literis perdiscendis progressione testimonium fiat, alioquin ad ordines non admittatur.

Ad maiores autem promouendi mense ante ad Episcopum se conferant, qui explorata diligenter pia eorum voluntate, ne forte auaritia adducti aut superbia ad sacros ordines

ordines accedant, id ipsi Parocho negotij dabit, ut publice propositis promouendorum in Ecclesia nominibus, de illorum moribus, certisq; natalibus à fide dignis, gratioribusq; pagi illius viris iuramento obstrictis diligenter inquirat, tum de ijs omnibus accuratè literis obsignatis ad Episcopum rescribat, testatumq; præterea faciat, quod ij, ex præscripto Episcopi, Ecclesie laudabiliter inseruerint.

Antiquas minorum ordinum functiones, quas ubiq; ferè intermissas animaduertimus, in usum reuocandas quoad eius fieri potest omni studio curent Episcopi.

Caveant præterea ne quod eorum arbitrio concessit Concilium Tridentinum, ad minores extra tempora ad sacros ordines non expectato anni spatio, id facile nimis omnibus petentibus, in hominum gratiam concedant, nisi verè ita ipsi ad Ecclesie suae utilitatem expedire iudicauerint.

Neuè oclusis, quòd aiunt, oculis aliquem regularem ad ordines, nullo præuio examine admittant, quòd sacrum Tridentinum Concilium in c. nullus xxij. sess. diligenter ab Episcopo examinari iussit.

Archidiaconus, vel ubi non sit ea dignitas, dignior in Ecclesia cathedrali, describat diligenter eorum omnium, qui promouentur tam regularium, quàm secularium nomina; quin, & quo quisq; loco, & die ad maiores, vel minores assumptus fuerit ordines: cuius quidè libri que sedulo custodire debet, exemplum quotannis Episcopo

in quibus Episcopalis seruandum reddet.

In id autem, in quo peccari frequentius comperimus in uisitatione, curam aliquam diligentiorē, ac uigilantiam ponant, ut ne aliquis ante legitimam etatem deinceps promoueat, quod si quis promotus iam sit, ad sedem Apostolicam sibi confugiendum sciat. Ut opportunam absolutionem & dispensationem obtineat.

Interim autem ne diuinis, à quibus suspensus est, ullo se modo immisceat.

Neuē ad patrimonij titulum assumantur, nisi quos certissime constet illud legitime possidere, & ad uitam honeste transigendam sufficiens; ad earum autem donationum, quæ patrimonij assignandi causa fieri solent conficienda instrumenta, Episcopalis adhibeatur notarius, aut is tantum, quem Episcopus ex grauioribus loci notarijs delegerit, cui duorum omni exceptione maiorum testimonio, eoq; iureiurando confirmato liquido constet, ea bona, quæ dono data sunt ab illo, qui donat, sine aliqua controuersia possideri, eumq; præterea non esse ære alieno ita grauatum, ut dubitari aliquando possit, ne donata res ab aliquo anterioris crediti, uel euictionis iure repetatur.

Clericus autem spondeat, se rem donatam nunquam donanti retrocessurum, neq; item quouis modo alienaturum absq; Episcopi consensu.

Valor autem patrimonij, aut fundi, uel census donati trecentorum sit nummorum aureorum, ducentorum saltem,

saltem, & quinquaginta, ut locorum paupertati, & ministrorum Ecclesiasticorum paucitati aliquid demus.

Si quis ad minoris summae titulum aliquem promoverit Episcopus, is promotus, quem liquido constat modico illo censu vix, aut ne vix quidem sustentari posse, necessaria teneatur subministrare alimenta.

DE SEMINARIO.

Quod sanctè, prudenterq; adeo de clericorum Seminario erigendo, constituit Tridentina Synodus, iam in paucis admodum huius dominijs Ecclesijs prestitum esse cognovimus, Quare ne res tam necessaria, & in qua una maximum presidium ad disciplinam Ecclesiasticam restituendam positum esse credimus, pretermittatur, illud decernere visum est, ut Episcopi dictum Seminarium ubi nondum erectum sit, erigant quamprimum, eiq; aliquot beneficia simplicia non tamen regularia ex Tridentini Concilij authoritate perpetuò uniant, sine aliquo tamen nunc obtinentium praiudicio, tum de unione predicta Sanctiss. D. N. commonesciant, qui, uti consuevit, ne eiusmodi beneficia alicui deinceps etiam per resignationem vacantia conferantur, pro sua pietate facile providebit.

Tum decime dimidium ab omnibus sue diocesis clericis Ecclesiastica beneficia obtinentibus, quod iure potest, etiam quovis iure exemptis exigi faciat, parochialibus tamen exceptis, quarum annui redditus xx. aureorum

sum-

summam non excedent quoad per uniones supradictas effectum suum sortientes, vel alia ratione Seminarium ita dotatum reperiatur, ut commode xij. saltem clericis victum, & vestitum præbere possit, ac præterea Magistros, ac ministros necessarios sustentare.

Dictis verò collegijs, instituta cum fuerint, Episcopi certas, quibus ritè, sanctèq; administrari possint: præstituant leges.

Tum verò in singulos menses ea visitent, seduloq; inquirant.

An præceptores piè diligenterq; suam operam navent.

An procuratores fideliter suum præstent munus.

An omnes deniq; in officio se contineant.

Præsertim autem an adolescentes ipsi æque in Christiana pietate, atq; in literarum studio proficiant.

DE MATRIMONIO.

Licet magnum sit sacramentum matrimonium, atq; à Deo usque ab ipso mundi exordio sanctissimè institutum, ideoq; omni esset pietate, ac sanctitate à fidelibus tractandum, ea tamen est præsentium temporum calamitas, ut in eo cōtrahendo innumerè propè introductæ sint, hominum culpa, morum corruptela, quæ ut omnino tollantur, curare debent diligenter parochi omnes.

Qui sæpe populos suos docebunt, quanta veneratione accedere fideles oporteat ad tantum, tamq; sanctum sacramentum

cramentum, non quidem sicut equum & mulum, quibus non est intellectus, carnis desideria explere cupientes, sed prolis propagationem ad Dei honorem piè sanctèque meditantés .

Quare sponfos efficacibus, & repetitis hortationibus admoneant, ut ante matrimonij consumationem criminum suorum sordes in humili confessione lachrimarũ abluant imbre salutari, mentesque, ne libidinis siti æstuan-tes deficiant, cœlesti Eucharistię cibo, tamquam rore matutino refrigerent, atq; reficiant; atq; ita contra spirituales nequitias, & carnis procacitatem muniti ex eo sacramento non sibi perniciem, atque iram Dei, ut plerunq; euenire solet, sed gratiam, ac salutem comparent .

In singulis parochialibus Ecclesijs sacrum Tridentini Concilij decretum de Clandestinis matrimonijs, ubi promulgatum esse non constat, in maternam linguam conuersum, ut ab omnibus ritè percipi possit, promulgetur infra duos menses, cuius promulgationis fiat testimonium publico instrumento, quod Episcopo tradatur asseruandum in Archiuo .

Quod si diuulgatum quidem sit, scripto tamen probari non possit, examinentur testes quamprimum, qui eius rei, etiam adhibito notario fidem faciant, alioquin promulgetur ad formam supradiçtam .

Atq; in singulos menses præterea, integro biennio, tũ etiam quoties Ordinarius expedire iudicauerit .

Quęcunq; præterea à Tridentina Synodo de matri-
P monio

monio contrahendo, vel denunciationibus faciendis sancita sunt, ea quàm diligentissimè obseruentur.

Denunciationes fiant tam in uiri, quàm in foemina parochia tribus festis diebus, qui Ecclesie præcepto colendi sint, atq; inter illius Missæ solemnia ad quam maior populi frequentia conuenire solet.

Ne cupiam liceat sacerdoti, populos alterius parochiæ matrimonio iungere, aut illis benedicere, nisi id illi fuerit vel ab Ordinario, vel à coniugum parochio concessum, sub pœna suspensionis, quam statim is subeat & deinceps grauius etiam arbitrio Ordinarij mulzetur.

Proprius autem parochus, ne sponsum, vel sponsam alienæ parochiæ iungat, nisi prius ex testimonio à proprio item illius parochio scriptis factò, & ob signato nouerit debitas esse factas, vel eas Episcopi iussu prætermittas denunciationes, nullumq; subesse impedimentum quominus contrahatur matrimonium.

Sin autem ille aliene sit diœcesis, testimonium illud non parochi solum, sed etiam Episcopi sigillo sit munitum, tum ab Episcopo ipso, vel eius Vicario recognitum.

Quod si remotè admodum diœcesis, tunc nihil sine Episcopi ipsius consilio agatur, qui etiam magna adhibita maturitate, quid agendum sit, deliberabit; ne, quod sepe contingit, plures ab incognitis, vagisq; hominibus uxores ducantur.

Si quis ex aliena diœcesi secū duxerit mulierem quã ipse quidem uxorem esse suam affirmet, ex infamia tamen.

men, aut probabili alia coniectura parochus illam esse concubinam suspicetur, ab eo legitimi fidem exigat matrimonij, quam si is non ostenderit, in eum tamquam concubinarium agat, & utriusque nomina ad Episcopum deferat.

Ne in priuatis ædibus quemquam iungat, matrimonio, sed in Ecclesia, uti proprio sacramentorum administrandorum loco.

Ne in aliena parochiali Ecclesia.

Ne à prandio, sed mane; atque inter Missarum solemniam ad eum qui in Missali Romano præscriptus est ritum, nisi interdum ob locorum distantiam, aut ex urgenti aliqua necessitate, secus aliquando permittendum Episcopus iudicarit.

Quoniam autem in eo sæpe delinquitur, ut sponsi antequam inter eos coram parochio, & testibus matrimonium ritè celebratum sit, copula inuicem carnali commisceantur, ideo illius criminis absolutionem sibi reseruent Episcopi, grauemq; illis pœnitentiam imponant.

Quòd si aliquando ante denunciationses publicas ob grauem causam iudicarint celebrandum esse matrimonium, tunc etiam à parochis moneantur coniuges, ut ab usu matrimonij, copulaque carnali abstineant, donec omnes planè habitæ sint denunciationses, ne si post consummatum matrimonium aliquod subesse impedimentum deprehensum fuerit, illud deinceps cum graui scandalo dirimere oporteat.

Contrabentium nomina, diebus etiam tum factarum denunciationum, tum contracti matrimonij adnotatis, in librum à parocho referantur, ad eam, quæ inferius tradetur formam.

DE CONCVBINARIIS.

Quia verò nullus alius, quàm qui per Matrimonij copulam licet, Christiano homini permissus censetur concubitus, ideo magnam faciunt huic sacramento iniuriam, quicumq; vel soluti (quamquam maiorem longè uxorati) quouis modo illicitos quærunt amplexus, maximam autem qui non quærunt modo, sed illis obstinato animo adherentes, in grauissimo concubinatus crimine perseuerant, in certissimum animarum suarum exitium, & totius populi scandalum; Ideò huiusmodi malum opportuno remedio è grege Dominico tollere cupientes id iubemus, ut concubenarios omnes, cuiuscumq; fuerint conditionis, moneant Episcopi, etiam edicto publicè proposito trinas monitiones continente, eis omnino à concubinarum consuetudine esse abstinendum.

Quòd si parere recusauerint, & concubinas non eiecerint, seq; ab illarum consuetudine non seiunxerint, eos ex Concilij Tridentini præscripto excommunicationis gladio feriant, à qua absolui nequaquam possint, donec re ipsa monitioni paruerint.

Quòd si adhuc neglectis censuris contumaces fuerint,

runt, in eos seueriſſimè pro criminis qualitate animad-
uertant.

Mulieres quoque vel ſolutæ, vel coniugatæ, quæ in
eodem concubinitus crimine viuere dignoſcantur, ſi ter-
monitæ non paruerint, præter alias graues pœnas, qui-
bus arbitrio ſuo, etiam ex officio eas afficient Ordinarij,
extra Ciuitatem, vel oppidum, aut etiam extra totam
diœceſim eijciantur.

DE MERETRICIBVS, ET LENONIBVS.

VT meretricum impudens peruicacia aliqua ratione
compeſcatur, et aliquod pudoris frenum, quoad eius
fieri poteſt, effrenatæ hominum libidini ponatur, ſtudebunt
Epiſcopi, ubi commodè aſſignari poterit, eis certum ali-
quem locum ab hominum frequentia, & ab Eccleſijs,
& Monafterijs, præſertim autem Monialium remotum
aſſignare, extra quem illarum nulli habitare liceat.

Ac ne in cauponis, ac tabernis, niſi itineris cauſa,
diutiùs, quàm diem vnum, aut ad ſummum duos com-
morentur.

Quicumq; autem lenocinium publicè exercent, eos gra-
uiſſimè puniant, à ſuis etiam ſimilibus, ſi opus erit ex-
terminantes.

Si vero parentes ipſi, vel coniuges quod ſæpe nimis
euenire deplorandum eſt, tam immane ſcelus committere

non erubuerint, ac non magis exhorruerint, ut proprias filias, vel uxores prostituant, curabunt Episcopi omnino, ne tanta unquam immanitas, atque impudentia inulta relinquatur.

Ut autem praesens aliquod adhiberi possit remedium, tum puellis, quae nec adhuc viri potentes plerumque necessitatis causa etiam inuita violantur, ac demum prostituuntur, quo in genere innumeras animarum strages serpens antiquus edit in dies miserabiliter, tum etiam ijs, quae diu prostitute iam fuerint, infelicis illius tandem vitae pertese ad poenitentiam facile redeunt, si eis, ad quae confugiant, apertus sit locus, ideo curam omnem, atque operam in eo ponant Episcopi, ut aliquis in Ciuitate erigatur locus, in quo eiusmodi foeminae, atque illae etiam, quae vel a viris eijciuntur, vel cum eis cohabitare nequeunt, recipi atque honeste sustentari possint.

Quod certe ut insignis pietatis est opus, ita maxime proprium cura, ac sollicitudinis Episcopalis existimandum est.

DE EXTREMAE VNCTIONIS SACRAMENTO.

Extremum vitae terminum, qui quidem difficilissimus est, cum ei, ut calcaneo fidelium insidietur Diabolus eosque in nimiae fiduciae securitatem, vel in lethalis desperationis abyssum inducat, omnes vires, fraudesque colligat

colligat suas; munire. Voluit piissimus Christus Dominus noster vi, ac virtute proprij ad illa pericula superanda instituti sacramenti, quod eam etiam ob causam extremam unctionem appellari Ecclesia sancta docuit.

Propterea omni studio curabit parochus, ut tanto presidio nullus fidelium sibi commissorum in tam difficili lucta, tamq; periculoso transitu fraudetur.

Grauiissime enim dolendum est, quod in plerisque locis non sine magno animi dolore accepimus iam diu obseruatum, ut huius tam salutaris sacramenti omnis propè memoria abolita sit, tum fidelium ipsorum non leui culpa, ac negligentia, qui certè illud petere debent; tum verò ipsorum parochorū incuria, immo verius culpa latissima.

Vt igitur fideles in eo petendo sint diligentiores, uberrimos eius fructus frequenti populo ex Cathedris Romani doctrina, sæpius explicabunt, atq; id eo præsertim tempore, quo sacratissimam Eucharistiam pro viatico ad ægrotos deferent.

In eo autem administrando hæc ipsi seruent diligenter.

Ut ægroti dum integris adhuc est sensibus sacra unctio adhibeatur.

Quod si is morbi vi, vel repentino aliquo casu correptus sensum amiserit, inungi tamen poterit, si modò usum rationis haberet, vel petierit, vel eam animi pietatem ostenderit, ex qua faciliè sit iudicare eum, si integra adhuc esset mente, hoc petiturum sacramentum.

Nouè amentibus, aut furiosis, nisi ijs, qui dilucida habuerint

habuerint intervalla, tuncq; sacramenti huius suscipiendi desiderium pia aliqua significatione ostenderit.

Studeat quantum fieri potest parochus, ut inungendus egrotus, quò ad uim huius sacramenti recipiendam magis sit munitus, pœnitentia, & eucharistia sacramenta prius suscipiat.

Non alio prorsus oleo quàm ab Episcopo ad id consecrato utatur, quod est propria huius sacramenti materia.

Cum autem uerba illa pronunciat, per istam sanctam unctiorem, & suam piissimam misericordiam parcat tibi Dominus quicquid oculorum uitio deliquisti eodem tempore, non ante, uel post, idem ipse, & non alius oculos inungat, idemq; seruet in alijs corporis partibus, ut in ritu sacramentorum distinctè adnotatur.

Caueat etiam ne dum duplicia sunt membra, oculos, scilicet, nares, aures, manus, & pedes inungit, alteri tantum unctiorem adhibeat, ne imperfectum remaneat sacramentum.

Ne egrotum plures uices, sed semel tantum una egritudine inungat.

Quoniam autem renum unctio necessaria non est ad huius sacramenti essentiam, ideo eam in mulieribus omittere ducimus, in uiris autem ita adhiberi posse, si id per infirmitatem licuerit, sin autem id minus commodum erit, renum loco, pectus ungi poterit.

DE FVNERIBVS,
ET EXEQVIIS.

Cvm Ep̄os ex hac vita decedere contigerit, ad illorū funus Clerici omnes tam seculares, quàm regulares conueniant, demortuoq; Ep̄o rite persolutis omnibus pietatis, ac religionis officijs illius animā Deo Maximo pijs precibus commendent. Tum supplicationes publicę indicantur, ad diuinam maiestatem deprecandam, ut gregi orbatō de pastore secundum cor suum providere dignetur.

Pauperes, miserabilesuē personę, quibus nihil, aut parum unde humari possint, bonorum superfuit, ij à proprio parochō Ecclesię ipsius impensa humentur.

Clerici omnes tam regulares, quàm seculares ad funus vocati ne ante discedant quam in Ecclesia sit, in qua sepeliendum est, cadauer.

Ij q; non alia veste, aut habitu induti funus comitentur, quàm ea, qua in choro uti solent.

Ne pallia, aut alia altarium vsui iam dicatā ornamenta, in funere quouis modo adhibeantur. IIIA TE

In unaquaq; autem Ecclesia curent Rectores, ut pallia ad feretrum ornandum comparentur quamprimum, ea q; præterea omnibus gratis accommodentur.

Si quæ autem à nobilioribus serica, vel preciosiora semel adhibita fuerint pallia, ea dicte Ecclesię vsui statim applicentur, ut ne amplius ad profanum quempiam vsum inferuire possint.

Ne super *collis* cadaueribus, *missa*, quam *siccam* uocant celebretur.

Cerci omnes, atq; *intortitia*, quæ in *funere* uel ad *Crucem*, uel ad *feretrum* adhibentur, omnia ita *Ecclesie* oblata esse intelligantur, ut *nemini* ea *repetere* liceat, uel *ijs*, qui *acceperint*, in *alios*, quam in *Ecclesiasticos* usus conuertere.

Ubi *defunctorum* *heredes* ita *inhumani* fuerint, ut *religiosum* *funeris* *institutum* *negligere* uideantur, ab *Episcopis* ea *præstare* *compellantur*, quæ *necessaria* esse uidebuntur.

Ne *ante ortum*, uel *post occasum* *solis* *cadauera* *efferrantur*, nisi *secus* aliquando ex *gravi* *causa* *Episcopus* *iudicarit*.

Ne *mane* *diebus* *fæstis* *ad sepulturam* *recipiantur*, nisi *celebratis* *iam* *Missis*.

Neuè *alijs* *etiam* *diebus*, *dum* *maior* *Missæ* *celebratur*.

DE ROGATIONIBVS, ET ALIIS PROCESSIONIBVS.

UT in *rogationibus*, & *alijs supplicationibus*, quæ *ad placandam iram Dei*, *beneficiaq;* *ab illius maiestate* *obtinenda* *piè*, *sanctèq;* *instituta* *sunt*, *abusus* *omnes* *temporum* *uicio*, *ac deprauatis* *hominum* *moribus* *introduciti* *tollantur* *omnino*, *curam* *adhibebunt* *Episcopi* *quàm diligentissimam*.

Ne igitur edendi, potandiue licentiam in processioni-
bus quibuscunq; , aut in Ecclesijs, vel in Ecclesiarū do-
nibus, aut monasterijs antequam absolutæ sint processio-
nes, etiam longioris via, vel horæ tardioris prætextu
cuiquam regulari, vel seculari clerico concedant, aut con-
nuendo permittant.

Neuè etiam laicis esculenta, poculentauè in processioni-
bus quibuscunq; deferre, aut venalia quouis modo expo-
nere liceat.

Ne item clericis tam regularibus, quàm secularibus
quibuscunque in ordine procedentibus pileum, aut ga-
lerum gerere, nisi ex necessaria causa arbitrio Ordinarij
comprobanda.

Ne verò inanibus spectaculis, atq; à rei, quæ agitur,
sanctitate alienis fidelium mentes detineantur, resuè sa-
cræ profanis misceantur, id expressè prohibemus.

Ne ullæ personæ fictæ inducantur, ut Demones,
Equi, leones, aut alia huiusmodi.

Curent omnino Episcopi, ut clerici à laicis, & mulie-
res à viris separatim incedant, grauibus etiam pœnis
contra non obtemperantes arbitrio suo propositis.

Neuè risu, nugis, fabulis, colloquijs, aut etiam negocio-
rum alioquin licitorum pertractatione sancta hæc admi-
sceatur actio, sed vel pia aliqua meditatione, vel se-
cretis orationibus totam illam fideles transigant viam
quibus id à Deo petant, cuius causa ea instituta est
supplicatio.

Clerici autem ipsi seculares, & regulares litanias, aut psalmos, hymnos ué supplicationi, quæ agitur, congruentes communiter decantent.

Ne mulieres ad fenestras, aut pro foribus stent spectandi gratia in die corporis Domini, sed ex interioribus aedibus pertranseuntem clerum reuerenter spectent, & sanctiss. Sacramentum adorent.

Quæ processiones fieri solent in octaua corporis Christi, ex tãtum in mane fiant, neq; liceat eodem die duas in eadem ciuitate obire processiones, quãquã à diuersis ducantur capitulis, collegijs, uel sodalitatibus, atq; Ubi controversia aliqua ea de re oriat, illã arbitrio suo ex Concil. Trid. auctoritate Episcopus statim diffiniat, uel componat, et si opus fuerit pœnis etiam in contumaces agat.

Cum processiones aliquando noctu faciendas Episcopus iudicarit, ijs ne mulieres ullo pacto intersint, omnino prohibemus.

Ad generales processiones uocati omnes, tam Canonici Ecclesiarum quarumcunq; Cathedralium, & Collegiatarum, quàm clerici seculares, & regulares, quàm sodalitates quæcunq;, stata hora, quæ ab Episcopo fuerit præscripta ad Ecclesiam cathedralem, uel ad eam, à qua prodeundum Episcopus censuerit, conueniant, pœna contumacibus eiusdem Episcopi iudicio constituenda.

Quæ sodalitates præterea post inchoatam processionem in illam se ingerere ausi fuerint, qua ex re sepe contingit mirum in modum, ac nõ sine graui populi offensione processiones

cessiones interturbari, quinquaginta nummis aureis tum pio loco, tum fisco Ducali applicandis mulctentur, atque etiam grauius præterea Episcopi ipsius arbitrato.

Ad Ecclesiam ipsam, unde capta est processio, reuertantur omnes, grauiusq; puniatur qui secus fecerint, nisi pro temporis ratione aliud Episcopo videbitur.

Ut nullus Canoniorum non legitima causa impeditus conuenire subterfugiat, Episcopi certas aliquas distributiones processionibus assignent quamprimum, quas ijs tantum, qui interfuerint, quiq; à colloquijs, & literarum lectione abstinentes psalmos, aut hymnos cum cæteris cantauerint, lucrari liceat, tum grauius etiam plectantur, si qui idem sæpius crimen commississe deprehensi fuerint.

COMMVNIA DE DIVINO

OFFICIO.

VT diuina officia, ubi Romano celebrantur ritu, ab omnibus in tota diœcesi eadem ratione celebrentur, curabunt Episcopi, ut à Chori Præfecto cathedralis Ecclesiæ quotannis Calendarium conficiatur, quo singulis diebus certa officij ratio præscribatur, quam quidem ratione aliæ Ecclesiæ in Ciuitate, & diœcesi constitutæ omnes sequantur, nisi cum alicuius sancti, qui in oppido, vel pago ex approbata ab Ordinario causa peculiari colatur ueneratione, festus dies inciderit.

Ubiq;

Ubicunq; alio, quàm Romano celebratur ritu, neq; à sede Apostolica probato, videant Episcopi diligenter, religiosi, atq; eruditi viris adhibitis, ne quid apocryphum in Ecclesia legatur, aut à doctrina Christiana puritate alienum.

Quæ verò Ecclesia aliud quidem, quàm Romanum recitant officium, sed à sede Apostolica confirmatum, hæc tamen pauca, quæ diuinorum officiorum rationi præscribere visum est, seruare debent, cum ea aliqua in parte apostolica concessioni aduersari minimè possint.

Horæ canonica in Choro semper canantur, ubi cantari consueuerunt, neq; ob conciones, aut solennes Missas, aliamuè ob causam omittantur unquam, nisi euidens necessitas aliud Episcopi iudicio aliquando postularit, qui tum submissa saltem voce ab aliquibus ministris eas in Choro recitari iubebit.

Horæ itidem beatæ Virginis in Choro ne unquam, etiam in matutinis prætermittantur, nisi ijs ipsis diebus, quibus ex officij præscripto recitandæ non sunt.

Ea autem in diuidendis horis adhibeatur ratio, ut ali quod temporis spacium, cum sine diuini cultus detrimento licebit, mane Canonicis relinquatur, quo sacrarum literarum studio vacare possint.

In organis, cum vel ad Missam, vel ad vesperas, aliamuè diuina officia pulsantur, ne quid lasciuum, aut impurum admisceatur, omnino prohibemus.

Si quis secus fecerit, eum seuerè puniendum Ordina-
rij

rii arbitrio subijcimus.

Erit autem eiusmodi organorum sonus, quo fidelium mentes ad pietatem excitentur, non ut curiosæ, aut lascivæ aures mulceantur.

Quod in aliquibus cathedralibus Ecclesijs, diebusque solemnioribus observari animadvertimus, ut post horas, loco antiphonæ beatæ Mariæ Virginis, alicuius psalmi, vel hymni particula aut sancti antiphona canatur, id omnino vetamus. Antiphonam illam, quæ incipit *Salve Regina*, vel aliam temporis congruentem ex *Breviarij Romani* præscripto, cum sequentibus versiculis, & oratione post divina officia, ante discessum à Choro recitari districte præcipimus, ac mandamus, sub gravi pœna ei, ad quem pertinet officium dirigere, ab Ordinario constituenda.

Cereis, aut candela in die Purificationis beatæ Virginis Mariæ distribui solitæ, ne cuiquam dentur, nisi in Ecclesia, eoque ipso tempore, quo ex *Missalis* præscripto distribuenda sunt.

Non mane tantum, et Vespere certo campanæ sono signum detur, quo excitati fideles beatissimam Virginem Dei matrem salutent, eique se piè, ac devotè commendent, sed in meridie etiam, quod est ex antiqua, piâque consuetudine ubiq; ferè iam in Ecclesia Dei receptum.

Quibus quidem horis & si maxime conveniret non ab aliqua ante ecclesia signum dari, quàm in Cathedrali datum sit, non illud tamen propter ministrorum ignaviã,
aut

aut obliuionis periculum cauere visum est, præterquam in sabathi sancti die, in quo sub graui pœna Ordinarij arbitrio, & Regularibus, si cuncta fecerint, irroganda, id seruari volumus, ac iubemus, ut ne in Collis Ecclesijs ad Gloria in excelsis ut moris est. significandum ante Cathedralis, si in Urbe, si in Diœcesi Collegiata, vel parochialis signum, campana pulsentur.

Quo tempore in conuentuali Missa tam regularium, quam secularium, vel in ea, quæ à paroco in sua Ecclesia celebratur, & parochialis Missa dicitur, sacratissimum Christi corpus eleuandum est, tum certis campanæ ictibus moneantur fideles, qui extra Ecclesias fuerint, ut ad tam immensum beneficium, tamq; admirabile mysterium recolendum, & contemplandum animos erigant.

Ne assiam deinceps fiant in Ecclesijs vigilie, aut pernoctationes nisi in Christi Domini natalis nocte caueant Ordinarij, propositis etiam censuris, & pœnis, quibus omnes non parentes, etiam si regulares fuerint, teneri volumus.

DE COLLATIONE BENEFICIORVM.

IN collationibus, vel prouisionibus beneficiorum quorumcumq; etiam simplicium, siue in præsentationibus, electionibus, aut nominationibus caueant omnino, quicunque ad id ius quomodolibet habent, ne vel ipsi, uel eorum ministri

ministri quicquàm ab eo, cui beneficium Ecclesiasticum confertur, vel quouis modo tribuitur, etiam spontè datum recipiant, ea tantum mercede excepta, quæ Secretarijs, Notarijs, aut Cancellarijs pro sumptu, & labore in conficiendis provisionis literis persolui solet, quum tamen duos aureos ad summum non excedere volumus ac diffinimus, cuiuscunque redditus, ac valoris fuerit beneficium.

Pro tenuioribus autem beneficijs minori summa contenti sint, imo pauperibus clericis operam gratis prestent.

Qui secus fecerint, ij, præterquàm quòd simoniacę labis suspicionem præbent, si notarij fuerint, ab officio suo suspensi sint, si collatores, aut patroni, iure etiam omni conferendi, atq; eligendi facultate, nominandi, uel præsentandi privati sint.

Ne quicquàm prorsus Episcopi, aut eorum Vicarij, aliqùe quicunq; inferiores collatores in conferendis quibuscunq; beneficijs annatę nomine recipiant, minusq; in mittendo eos in possessionem, qui à sede Apostolica beneficia obtinuerint, sub graui pœna eis à successore nostro, qui pro tempore fuerit, irroganda, præter pecunię malè receptæ restitutionem, ad quam eos teneri eo ipso declaramus.

Abstineant etiam à quorumuis beneficiorum collatione, ac provisione, quæ in mensibus sedi Apostolicæ reseruatæ vacauerint, vel aliàs quomodolibet reseruata, uel affecta sint.

R Neq;

Neq; ulli cuiuspiam duo, quæ dissimilia non sint, beneficia sub eodem tecto conferant Episcopi, minus autem duas dignitates, aut beneficium cum dignitate, personatusue, aut etiam officia qualiacunq; , quæ in titulum seu ad vitam conferri solita sint. Abbates autem etiam Episcopalia munera exercentes, alijq; omnes ab Episcopis inferiores ne ullo pacto etiam dissimilia.

Atq; ut ne dubitari unquam contingat, quæ similia vel quæ dissimilia intelligantur esse beneficia, vel officia, ea ex sacrorum canonum sententia similia esse declaramus, quibus, licet ea diuersi nominis, qualitatis aut officij sint, debitum tamen impendi non potest ab una, atque eadem persona seruitium.

Dissimilia vero, quorum utrique ita potest quis inservire, ut nihil detrimenti unius, aut alterius seruitium patiatur.

Quod si qui aliter, quam supra dictum est de duobus officijs vel beneficijs quibuscunq; sub eodem tecto prouisi iam sunt, nec opportunam dispensationem obtinuerunt, iustum ad dimittendum, quæ sine iusto titulo detinent, tum ad fructus male perceptos restituendum omnibus iuris remedijs ab ijs, ad quos spectat, trium ad summum mensium spacio omni postposita appellatione compellantur.

Quicumq; autem beneficia Ecclesiastica, qualiacunq; sint, sic Apostolica sedi reseruata, vel affecta, vel quæ sub eodem tecto sint posita, aut contra Bullam Pij V. quæ est de resignationibus, collata, aut aliàs incompatibilia,

bilia, vel quomodolibet indebitè sine legitima obtinent
 vel obtinuerint dispensatione, eos omnes nostro hoc decre-
 to peremptoriè monemus, ut infra duos menses, si citra,
 tres autem, si ultra montes fuerint, post huius decreti
 euulgationem numerandos, opportunam à sede Apostolica
 impetrent dispensationem; Quo termino elapso in eos
 tamquam in intrusos agant Ordinarij propositis etiam
 censuris, & pœnis, & omnibus alijs iuris remedijs ad
 fructus Ecclesijs, à quibus acceperunt, integrè resti-
 tuendos omnino compellant, atque ab ipsorum benefi-
 ciorum possessione, seu potius detentione statim eijciant.

Ne ulla fructuum pars, vel pensionis nomine cui-
 piam reseruetur contra, vel præter sacrorum Canonum
 sanctiones.

Neuè alicui ea conditione beneficium detur, ut ipse il-
 lud alteri cedat.

Quem aliqua ex his, seu alia illicita pactione, vel con-
 ditione beneficium obtinuisse constiterit, illum Episcopus
 beneficio illo, & omnibus alijs, quæ possidet, priuatum
 esse declaret, eumq; ad fructuum, quos suos nunquam
 facere potuit, restitutionem compellat.

Curent Episcopi, ut Curata beneficia ritè ad formam
 sacri Tridentini Concilij ediçtis publicè propositis digno-
 ribus conferantur, & Bulla Pij V. eo nomine edita di-
 ligentius seruetur; quam ut deinceps seruent ipsi, eaq;
 præterea, quæ ad beneficiorum collationem pertinent, tam-
 quæ supra tetigimus, quam multa alia in quibus peccati

nonnunquã solet propter inscitiam, licet ea, cum ius igno-
ratur, excusabilis non sit, ideo in singulis diœcesanis syno-
dis quotannis legatur, tam supradicta Pij V. Bulla,
quã quæ ab ipso de non admittendis ab Ordinarijs resi-
gnationibus, nisi certis seruatis conditionibus, edita est,
necnon quæ ab eodem, & à Pio IIII. de confidentijs
edita sunt literæ. quas omnes, ut in promptu sint, in-
fra adnotari iussimus.

DE IVRE PATRONATVS.

VT quod à sancta Tridentina synodo de iure patro-
natus sancte institutum est, Episcopi exequantur,
edictum proponant, quod euulgari mandent non in Cui-
tate solum, sed etiam in insignioribus diœcesis locis, aut
in prima ipsa synodo diœcesana, quo uniuersos, & sin-
gulos suæ diœcesis homines clericos, vel laicos ius eligen-
di, aut præsentandi ad quascunq; Ecclesias, Capellanas,
Hospitalia, aut beneficia quęcunq; quomodolibet habentes
vel habere prætendentes admoneant, ut infra sex men-
ses sua iura coram ipsis, aut eorum Vicarijs exhibeant,
ut iuxta Tridentini Concil. decretum videri possit, quæ
probanda sint, quæq; minus legitima patronatus iura
sint iudicanda.

Qui transacto dictorum mensium spacio sua iura non
exhibuerint, ij omni eligendi, & præsentandi iure pri-
uati sint, prout eos ex nunc, priuatos esse dicimus, ac
decla-

declaramus .

In posterum autem nouerint Uniuerſi tam ſeculares, quàm regulares à nemine acquiri poſſe alia proſus ratione uſuſpatronatus, quàm ex foundationis, uel ubi conſtructa iam Eccleſia nullos haberet redditus, donationis cauſa .

Patroni autem, qui ius eligendi, aut præſentandi habuerint, ij nihil proſus ex Eccleſiæ bonis, iuribus, aut redditibus uel propria authoritate percipiant, uel à præſentato quauis ratione exigant, uel recipiant, niſi fortasſe inopie cauſa illis ex ſacrorum Canonum ſanctiõne erit ſuccurrendum, quod tamen non niſi Ordinarij authoritate fieri debet .

Qui ſecus fecerit, is præter excommunicationis pœnam, quam eo ipſo ſubibit, iure etiam præſentandi ſe priuatum eſſe nouerit .

Ut autem facilius, quod hac de re ſtatuit Tridentina Synodus, exequutionem ſortiatur, clericis omnibus id iubemus, ut quoties à patronis aliquam huiusmodi moleſtiam ſuſtinerint, eam ſtatim Ordinarijs denuncient, alioquin ſuſpenſionis pœnæ ipſi ſubiaceant .

DE IUDICIALI FORO EPISCOPI.

C Vrandum eſt diligenter, quantum fieri poteſt, ut à iudicali Episcopi foro auaritia omnis amoueat. Quare id iubemus, ut Episcopi infra ſex meſes omnibus

omnibus sui fori notarijs, vel secretarijs, seu scribis, aut Cancellarijs tam Urbanis, quàm diœcesanis certam aliquam taxam, ubi prescripta iam non sit, habita laboris, loci, personarum, & cuiuscunque rei ratione diligenter præscribant, que tamen secularis fori taxa moderatior sit omnino, quàm nemini deinceps excedere liceat.

Si quis autem ultra illam exigere ausus fuerit, is grauius Ordinarij arbitrio puniatur.

Publicè criminofum quenquam in foro Ecclesiastico notarij, vel Procuratoris, aut Aduocati etiam officium gerere ne permittant, eosque præterea, qui causam iniquam scienter defenderint, quiuè quicquàm negauerint, quod verum scuerint, quosue calumnias fouere aperte viderint, ab auditorio fori Ecclesiastici, adituque interdican.

Illud etiam curent quàm diligentissimè Episcopi ut causæ in foro suo, præsertim autem criminales, qua fieri poterit, celeritate expediantur.

Ut carceratis præsertim pauperibus necessaria ne desint, eos à pijs, & religiosis viris visitari faciant, atque ipsi interdum etiam inuisant.

Vicarios autem ipsos monitos volumus, ut causas summarias, & breuiore sine processu quantum ius patitur expediant, atq; in ijs nihil prorsus sportularum nomine accipiant.

A pauperibus autem in omnibus etiam alijs causis nihil unquam etiam à notarijs exigere permittant.

Immo

Immo de Procuratore vel Advocato aliquo docti, ac pio viro provideat, qui pauperum, & miserabilium personarum patrocinium suscipiat, certa etiam illi, si opus fuerit, mercede assignata.

Ne super quarto consanguinitatis, aut affinitatis gradu pro contrahendis matrimonijs dispensent, non obstante quacumq; asserta consuetudine, etiã immemorabili, & eos, quibuscum iam dispensatum est, sedulo admoneant, nullum potuisse inter eos contrahi matrimonium. Quare ad Apostolicam sedem confugiant, quę sola poterit eorũ incommodo, & necessitati remedium adhibere.

Abstineant etiam ab illa super quarto, & quinto consanguinitatis gradu declaratione, quę cum necessaria non sit, remotior enim tantum gradus attenditur, non est cur pauperes rustici, cuiusmodi sunt ferè omnes, qui ea in re indigere se putent officio Vicarij, gravi illa impensa onerentur.

Ne absolutionem cuiquam cõcedant, à iuramento ad excipiendi effectum, agendi. ea item post commissum iam periurium neuè quouis modo à dicto periurio absoluant, neuè pœnas à sacris canonibus iam constitutas relaxent, aut cui remittant, nisi ex magna causa eaq; à iure approbata.

Ne quid prorsus à Notarijs, vel secretarijs sigilli, vel scripture ratione exigatur, neuè, spontè oblatum accipiat pro facultatibus audiendi confessiones, predicandi verbum Dei, quibus gratis omninò subscribant Episcopi ipsi, vel eorum Vicarij.

DE ARCHIVIO.

VBI Archivium constructum non est, illud quamprimum construi curet Episcopus in Episcopali aedium tutiori parte, ut in eo iura, & instrumenta, quibus Ecclesiarum bona tueri possint, ne ab alijs usurpentur, & iniuste occupata recuperari, fideliter ac tuto conferentur.

Id autem duabus clavis occludatur, quarum una penes Cancellarium, aut curie secretarium sit, altera penes eum ex familiaribus Episcopi, cui id muneris ipse mandarit.

Sede autem vacante unam Vicarius, alteram capitulum tenebit.

In eo acta omnia, quae in Episcopali curia, aut in visitatione, vel quavis ratione Episcopi, vel Vicarij iussu fuerint confecta, quotannis reponenda erunt, non quidem in pagellas separatas, sed in codices relata.

Sit autem peculiaris, & distinctus liber, in quem collationes, vel institutiones Ecclesiasticorum beneficiorum, quae in singulos annos fient, omnes referantur. Promotiones quoque ad ordines, una cum titulo, ad quem Subdiaconi promoti fuerint.

Nec non & eorum nomina, qui fidei professionem ex quavis causa emiserint.

Alter etiam adsit codex, qui iura patronatum, praesentationes, & institutiones contineat.

Tertius

Tertius item in quo Bullarum omnium promulgationes & legata pia notata sint .

Quartus in quo causę civiles , Tum quintus in quo criminalium vel mixtarum acta descripta sint .

Primo quoq; tempore fieri curabit Episcopus omnium scripturarum, atq; instrumentorum, quę in illo Archiuio sunt, publicum inuentarium .

Ex eo nulla originalis scriptura ne unquam extrahatur, nisi Episcopi iussu, atq; ex necessaria causa, quę scilicet, ad utilitatem, vel dignitatem ipsius Ecclesie spectet, tumq; coram notario & testibus .

Capitula quoq; singularum cathedralium, & collegiatarum presertim insignium Ecclesiarum, Archiua propria separata, & bene tuta habeant, uel construant, aut si id minus poterint, in ipso Episcopali Archiuio de Episcopi consensu arcam ponant, in qua eorum instrumenta, scripturęq; reponantur, ac tuto seruentur .

Clauibusq; duabus obseretur Archiuium, uel Arca, quarum una, a prima capituli dignitate, altera ab ipsius capituli secretario, qui Canonicus sit, semper seruetur .

In eo quęcunque acta fuerint in capitulo, non in pagellas, sed in codices, ut supra, relata, quotannis reponentur .

Curent autem Episcopi, ut in omnibus locis pijs, quantum fieri poterit, Archiua construantur ad rationem supradictam .

DE VICARIIS FORANEIS.

Vicarij foranei munus id erit præcipuum, sacerdotes quoslibet in sua regione curam animarum habentes singulis mensibus modò in suam, modò in aliam parochialem Ecclesiam conuocare; in qua cum omnes priuatam Missam celebrarint, conuentualem præterea solemniter, vel quæ pro defunctis, vel quæ de sancto spiritu dici solet, Missam decantent, in qua aliquis à Vicario præmonitus sacrum ad populum sermonem habeat, de ijs illum præcipuè commonefaciens, quæ ad Ecclesiarum cultum, & visitationis decreta exequenda pertinebunt; Tum processione circa cœmeteriũ de more habita in Ecclesiæ domo apud illius Rectorem, qui unicum tantum in mensa apponet ferculum, cum ea, quæ Ecclesiasticos homines decet modestia, simul cibum cum sacra lectione capient.

A prandio autem difficultates in priore consensu propositas quæ circa casus conscientiæ tantum uersentur suo quisque ordine explicabunt, simulque de ijs conferent, quæ ad suum munus ritè obeundum spectare uidebuntur.

Cura autem erit Episcoporum, nisi Vicarij ipsi eruditi adeo sint, ut ab erroribus, qui in imperitorum colloquijs facile suboriuntur, cauere possint, in eiusmodi congregationibus aliqui adsint sacre Theologiæ peritiores, cuius ductu, & consilio nihil, quod à catholice doctrinæ ueritate uel minimum discrepet, inter eos determinetur.

Curati omnes cuiuscunq; dignitatis fuerint, Vicarijs ipsis loco cadent, atq; in ijs omnibus, quę ad illorum officium pertinebunt; humiliter obtemperabunt.

Ipsi autem in illud perpetuò diligentius incumbunt, ut quęcunq; in his nostris decretis sancita sunt, tum quę ab Episcopis in visitatione, vel ab alijs visitatoribus eorum nomine constituta fuerint, ad Ecclesiarum cultum, & instaurationem, & ad Cleri, populiue disciplinam vel restituendam, vel conseruandam spectantia, ea ab ijs, ad quos pertinet, re ipsa præstentur, ac de omnibus diligenter Episcopos ipsos, aut eorum Vicarios generales certiores faciant.

Ipsis autem facultatem concedere poterunt Episcopi tū à casibus reseruatis absoluendi, tum causas nõ tamen grauiores diffiniendi, atq; aliquas etiam usque ad certam modicam summam sola facti veritate inspecta, prout expedire pro locorum, temporum, & personarum ratione iudicauerint.

Finis tertię Partis.

PARS IIII.

DE REGVLARIBVS.



REGVLARES in vineam Domini vocati omni pietatis studio operam suam, & auxilium debent ad illam excolendam prestare, quo plures possunt, & magis idoneos ministros tum pro audiendis confessionibus, & pro verbo Dei predicando, tum etiam pro sacra scriptura interpretanda, et pro rebus arduis, cum id opus est, consultandis pro locorum necessitate libenter subministrantes.

Eos igitur admonemus, ut quęcumq; ad Ecclesiarum cultum, & piam in eis versandi rationem supra à nobis, presertim autem de sedibus mulierum tollendis, de sepulcris, de cœmeterijs, constituta iam sunt, ea omnia diligenter in suis Ecclesijs seruari faciant, sub pœnis in eis constitutionibus declaratis.

Quod ut diligentius prestent nostra hæc decreta omnibus in suis monasterijs degentibus in capitulum conuocatis, sepe, aut bis in anno saltem perlegant.

Tum preterea ea omnia, & singula obseruent studiosè, quę à Tridentina Synodo sancita iam, tum uerò à Sanctiss. D. N. Gregorio XIII. confirmata ipsi omnino seruare iussi sunt.

At illud imprimis regularium curent superiores, ut

in Monasterijs, in quibus id commodè fieri poterit; sacre scripturæ lectio adsit semper, qua in re, si ipsi negligentes fuerint, ab Episcopis, tamquam sedis Apostolicæ delegatis ad id opportunis iuris compellantur remedijs.

Ne mendicos, aut alios quoscunq; piorum locorum nomine eleemosinam queritantes hinc, atq; illuc mendicando per Ecclesias suas cursitare permittant, sed pro illorum foribus stare faciant, ne ij fideles ipsos in Ecclesijs precantes interturbent. Id si præstare neglexerint, graviter ab Ordinarijs locorum corripientur, tum etiam punientur, ex Bullæ Pij V. ea de re conditæ sanctione.

Ne cuiquam regulari liceat à suis Monasterijs recedere, eo etiam prætextu, quod ad superiores suos accedere velit, nisi ab eis missus, vel vocatus fuerit; qui verò sine eiusmodi facultate scriptis concessa repertus fuerit, ab Ordinarijs locorum tamquam sui desertor puniatur instituti.

Qui autem extra Monasterium degit, & si sui ordinis privilegio se tueri possit, si deliquerit, ab Ordinario loci tamquam sedis Apostolicæ delegato pro modo culpe corrigi poterit, & iuxta canonicas sanctiones plecti.

Qui autem in Monasterio degens extra Monasterij septa notoriè ita deliquerit, ut populo scandalo fuerit, is Episcopo instatè à suo superiore debita pœna infra tempus ab Episcopo præfigendum afficiatur, de qua nisi certior fiat Episcopus, cum transacto illo temporis spatio ex Trident. Concil. decreto, pro modo culpæ punire poterit.

Censuras,

Censuras, & interdicta ab Ordinarijs locorum lata, et promulgata mandante Episcopo in suis etiam ipsi Ecclesijs promulgare, atq; inuiolabiliter obseruare debent, ex eiusdem Tridentini Concilij decreto, quare edicta omnia ab Episcopis emanata, in quibus censura Ecclesiasticæ pœna adiecta est, ea ab ipsis etiam omnino populo euulgentur.

Ne quempiam ad professionem admittant ante xvij. exactum annum, neue eum, qui integrum annum à suscepti habitus die in religione non steterit.

Quare omnibus regularium superioribus quicumque illi sint, id omnino præcipimus, ut ne quouis quæsito colore quicquam prorsus ante nouitij professionem ab illius patre, consanguineo, aut curatore præter victum, & uestitum pro tempore probationis accipiant.

Ad publicas processiones vocati, cuiuscunque ordinis fuerint regulares, etiam quomodolibet exempti ijs exceptis, qui arctiori clausuræ se perpetuò dicauerunt, uel peculiari sedis Apostolica priuilegio muniti accedere non tenentur, non in urbe solum, sed in diœcesi etiam, ubi Monasteria habent, accedere ne unquam renuant, atq; in ijs solitum locum seruare; Itaque si quæ orta fuerit de præcedentiã controuersia tam in processionibus, quàm etiam in funeralibus, eam Episcopi omni amota appellatione, quibuscunq; non obstantibus diffiniat, atque arbitrio suo componat.

Regularium quisq; ne confessiones audiat, nisi ab Ordinario

dinario aut ab eo deputato scriptis probatus fuerit.

Qua in re videant Episcopi, ne faciles sint in ijs, ad audiendas confessiones, admittendis, viso tantum eorum superioris testimonio, sed omnino eos interrogent ipsi, uel à suis examinadoribus interrogari faciant, de ijs quidem omnibus, quæ bonum confessarium scire oportet, at de ijs præsertim casibus, qui in Bulla cænæ Domini, aut aliâs sedi Apostolicæ sunt reseruati.

Neuè in illis casibus, quos sibi reseruauerit Episcopus, impendere cuiquam audeant absolutionem.

Ne etiam confessiones audiât mulierum, extra confessionale, duorum mensum spatio pro confessionalibus ad præscriptam formam construendis iam assignato.

Ne mulieres quouis pacto intra septa suorum Monasteriorum admittant, promulgata iam ubiq; Bulla ea de re à sanctiss. D.N. Gregorio XIII. edita.

Neuè alicui subditorum suorum dimissorias literas ad ordines suscipiendos concedant, nisi omnem prius de singulorum ætate cognoscenda adhibuerint diligentiam, ut nemo prorsus ante legitimam ætatem à Concilio Trident. satis apertè præstitutam ad aliquos ex maioribus, seu minoribus ordinibus promoueat deinceps.

Ne cuiquam regulari librum aliquem habere liceat, qui non sit superioris iudicio, comprobatus, cuius cura erit diligenter inspicere, ne quem librum prohibitum, aut regulari professioni minus congruentem cuiquam subditorum suorum habere permittat, quod si secus fecerit, ijs dem

pœnis

pœnis puniendus erit superior ipse, quibus ij, apud quos reperti fuerint supradicti libri, immo verò & grauioribus, Ordinarij, & Inquisitoris arbitrato.

Nemini illorum prædicandi munus absq; Episcopi concessione in Ecclesijs non suis obire liceat, in suis autem absque sui superioris facultate, atque Episcopi ipsius benedictione, atque in ijs etiam nunquam cum Episcopus ipse concionabitur.

Quæ verò supra de concionatoribus statuimus, ea omnia seruare studeant diligentius.

In Ecclesijs curam animarum habentibus, quæ illorū Monasterijs unitæ iam sint, nullus curæ animarum exercende præficiatur, qui non ab Episcopo præuio diligenti examine comprobatus sit.

Episcopi autē ubi expedire iudicauerint, Monasteriorum superiores ad Vicarios perpetuos deputandos, ad Bullæ Pij V. ea de re editæ formam, compellant.

Nihil autē regulares in dictis Ecclesijs præmittant eorum omnium, quæ ad munera parochialia obeunda pertinebunt, tam quæ à nobis sancita iam sunt, quam quæ ab ipsis Ordinarijs statuentur, in quo si negligentes fuerint, Episcopi per fructuum sequestrationem, & alijs iuris remedijs provideant omnino, ne cuiquam ex rebus curæ parochiali, aut ornatui necessarijs desit.

Quare illud etiam præstent, ut ad diocesanam Synodum superiores Monasterij, cui vel cura animarum imminet, vel alia Ecclesia cum animarum item cura
adiun-

adiuncta sit, ipsi ubi per Capellanos, uel Vicarios ad nutum amouibiles cura exercetur, una cum ijs, quibus cura illa commissa est, omnino conueniant.

Regulares, qui monialium curam gerunt, omni studio, ac diligentia uideant, ne eorum omnium, quæ sequentibus decretis de sacris uirginibus constitutum, quicquam prorsus prætermittatur.

Vt autem dubitari nunquam iure possit, an Regulares ipsi nostris mandatis obedire debeant, idcirco eam facultatis particulam, quæ tum ad ipsos, tum ad uisitationem attingit, unâ cum his decretis imprimi iussimus.

Quare quæcumq; de clericis secularibus aut de ecclesiarum cultu, aut etiam de sacramentorum administratione statuimus, quæ tamen Regulari eorum instituto minimè repugnent, eos omnes cuiuscumq; gradus, aut ordinis illi sint, ad ea omnia & singula quantum fieri poterit, sedulo ac diligenter obseruanda teneri volumus ac declaramus. Si secus fecerint, Ordinarius, ubi id expresse cautum est, in eos agat ad nostrarum constitutionum præscriptum: ubi uero ea de re nulla facta sit mentio; tum illos officij sui admoneat, tum nos, uel successorem nostrum, qui pro tempore fuerit, de omnibus diligenter certiore faciat, qui pro sua prudentia, ac pietate id planè efficiet, ut ipsi, qui à sancta sede Apostolica proxime pendent, atq; in eius protectione conuiescunt, cæteris, etiâ promptiores ad Apostolica suscipiendum mandata, eisq; obtemperandum se esse ostendant, ac uere sint.

DE MONIALIBVS.

Maximum certe periclitanti Ecclesie presidium
 afferre possunt, assiduis orationibus, & exercitijs
 suis, quæ Deo dicata sunt Moniales, si ut vir-
 ginitatis flore decorata gratiores sunt Christo Iesu sponso
 suo, ita & maiore deuotionis zelo, sanctoq; Charitatis
 igne accensa fuerint. Quare ne cum fatuis reputentur
 Virginitibus, non fermentes oleum secum in Vasis suis cum
 lampadibus; uide nec ipsæ ad nuptias sponsi admittan-
 tur, nec alijs prodesse quicquam possint, omne studium ad-
 hibendum est, ut ad antiquæ, sanctæq; disciplinæ normam
 conformentur, atq; in sacris meditationibus quiescentes
 liberius Deo vacent ipsæ, certiusq; laboranti Ecclesie pre-
 cibus suis afferant auxilium.

Quas igitur ad illarum utilitatem recte, pieq; uiuen-
 di formula, tum ex Concilio Triden. fonte depromptas;
 tum pro temporum, & locorum, quæ visitauimus, condi-
 tione constitutas iam sancimus, eas omnibus sanctimo-
 nialium monasterijs cuiusuis ordinis, Regularium que cum
 que illæ sint; etiam quouis exemptionis priuilegio muni-
 te, omnino seruandas proponimus, quæ ut inuiolabiliter ob-
 seruentur, curabunt Episcopi, quam diligentissime.

Nulla prorsus ab officio Chori nocte dieq; persoluendo
 excusetur nisi quam legitime impeditam Præfecta iudi-
 cauerit.

Omnes igitur Chorum pie, ac deuote quotidie frequen-
 tent

terit orationibusq; non communibus tantum in ecclesia, sed etiam priuatis quantum per necessarias occupationes licebit, sepe vacent, que domini sunt ex Apostoli sententia semper cogitantes.

Ea autem Superiorum præcipua sit cura ut semel saltem in mense omnibusq; præterea festis solemnioribus, peccata sua confiteantur sacramq; Eucharistiam sumant. Illisq; ipsis diebus si non sæpius licet spirituali aliqua concione reficiantur.

Singulis autem sex mensibus offeratur eis Confessorius extraordinarius ad Trident. Concil. præscriptum, ad quem in Confessorij loco, omnes etiam si peccatorum suorum confessiones facere noluerint, nihilominus accedant.

Nunquam desit in Mensa, lectio sacra, sed & prandio etiam diebus festis Dominicisq; præsertim, aliqua Regule ordinis sui pars, omnibus in unum collectis, recitetur. Atq; hæc ipsa Decreta nostra frequenter perlegantur ut omnia quidem studiose obseruentur, at illa præcipue, De Communi victu, & sancta Paupertate, que quo breuius præscripta sunt; eo plerius & exactius præstari conuenit.

Nulla ad sacrum habitum suscipiendum puella admittatur, nisi prius ab Ordinario vel eius Vicario fuerit examinata.

Sed neq; item ad professionem admittetur, nisi præmissis iterum examine, sub pena quidem suspensionis ab officio, Abbatissa ipsi regularibusq; qui presentes fuerint

suspensionis itidem per tres menses a suis muneribus, omnino, ab ipso Ordinario, irroganda.

Neue ad habitum aliqua, quæ duodecimum, aut ad professionem, quæ xvi. ætatis annum non expleuerit, & que integrum annum post susceptum habitum in probatione non egerit, admittatur. professio autem alias facta irrita, ac nulla esse intelligatur.

Nulla præterea renuntiatio, aut obligatio ante vel xvi. vel probationis annum facta, etiam cum iuramento, vel in causæ piæ fauorem valeat. nisi cum licentia Episcopi intra duos menses proximos ante professionem facta fuerit, ac non alias nisi post factam professionem effectum sortiatur.

Quicumq; clerici, vel laici cuiusuis gradus, vel conditionis fuerint mulierem aliquam inuitam (præterquam ubi iure cautum sit) ingredi monasteria, vel habitum sumere, vel professionem emittere coegerint, vel ad id consilium aut fauorem dederint, uel iisdem actibus præsentibus fuerint, vel auctoritatem præstiterint, excommunicationem ipso iure subeant ut Trident. Concilij decreto sancitum est.

Cum & sacrorum canonum, & Concilij Tridentini & summorum Pontificum Pij V. & Greg. XIII. decretis definitum sit, ut in singulis tam virorum, quam mulierum monasterijs bona immobilia possidentibus, aut non possidentibus, is tantum personarum numerus constitutur, atq; in posterum conseruetur, qui vel ex proprijs

monasteriorum redditibus, vel ex consuetis elemosinis commodè sustentari possit; quam primum Episcopus aduocatis etiam si regularia erunt, illorum superioribus, singulis monasterijs certum hunc numerum prescriber.

Cui quidem numero presinito iam aut presiniendo, ne fraus illo modo fiat, bonorum omnium immobilium cuiuslibet Monasterij etiam Regularibus subiecti, Publici Notarij manu inuentarium conscribatur; & sex mensium spatio ipsi Episcopo tradatur in eius Archiuo, perpetuo asseruandum De omnibus præterea bonorum alienationibus aut accessionibus si quas fieri deinceps contingeret, certior quamprimum fiat idem Episcopus, ut ijs ad inuentarium ipsum additis de vera bonorum quantitate perpetuo constet.

Illa autem erit tum Episcoporum, tum aliorum superiorum cura præcipua, ut in singulis monasterijs moniales, quæcunque in sui ordinis regula prescripta sunt, ea omnino obseruent, atq; ubi antiqua fuerit disciplina collapsa, ibi quantà fieri poterit diligentia restituatur.

DE MONIALIUM ECCLESIIS.

IN omnibus Monialium Ecclesijs ligneum tabernaculum collocetur, honestum illud, & ad eam formam, quam Reuerendiss. Episcopus prescripserit, intus & extra ornatum, necnon cum Pixide & tabernaculo ostensorio,

forio, velisq; ac tentoriolis ad rationem Superius in secunda huius Decretorum parte præscriptam.

Duo autem sint tabernaculo ipsi ostiola, unum quidem ad populum, alterum ad Moniales respiciens clauibusq; utrunq; obseretur quas apud se habebit confessarius, Moniales nunquam, illud uerò, quod Moniales spectat, tum aperietur, cum insuetæ orationis, aut alterius rei causa, ob maiorem Monialium pietatem, sanctiss. Sacramentum publicè exponendum esse confessarius iudicauerit.

Ante sanctissimum sacramentum lampas semper in interiori ecclesia ardebit atque in exteriori etiam cum illa aperta fuerit, eamq; ob causam duas lampades e regione ipsius tabernaculi unam scilicet intus alteram foris unū quodq; Monasterium habebit.

In interiori Ecclesia Chorus, ubi deerit, cum sedibus, & legijs ad aliorum uonasteriorum consuetudinem extruatur.

In prædicta Ecclesia interiori, nulla omnino de causa, aut necessitate, Missæ sacrificium celebrabitur, sub pœna quidem Monialibus ipsis violatæ clausuræ sacerdoti aut suspensionis a diuinis per tres menses alijsq; etiam grauioribus ad Ordinarij arbitrium constituendis.

Sub iisdem pœnis nullus sacerdos audeat quouis prætextu, priuilegio, aut consuetudine ingredi, aut Moniales illum intra septa admittere, ut sanctiss. Sacramentum in sepulcrum die Iouis sancti deferat, quod ab ipsis in priuata Ecclesia, aut alibi intra septa extructum fuisse.

In fenestra ad altare maius posita, duo ferrei clatri
 construuntur, virgis mediocriter frequentibus; clatri au-
 tem quinque saltem uncijs, à se inuicem distabunt; tela
 verò, aut pannus, quo fenestra intus obregitur, clauda-
 tur sera, & clauis, quæ à Prefecta teneatur, & non
 nisi statis horis in Missæ elevatione aperiat. *¶*

Fenestella per quam sanctiſſ. Sacramentum Moniali-
 bus ministratur, ad eam formam redigatur: quam Re-
 uerendissimus Episcopus designabit, etiam in monasterijs
 regularibus subiectis; fenestellæ autem ipsi sint ostiola
 duo quæ clauibus omnino duabus occludantur, interioris
 clauem habeat præfecta exterioris quod parietem æquet
 clauis penes Confessarium perpetuo sit. *¶*

Omnes portæ, Ostia, aut fenestræ, per quas à mona-
 sterio aut Ecclesia, aut Sacrario priuato in publicam Ec-
 clesiam siue aditus, siue aspectus patet, statim inedi-
 centur. *¶*

Idem de communibus colloctionum locis, vulgò Par-
 latorijs dictum sit, quæ in Ecclesiam patent ijs in mona-
 sterijs in quibus alia huiusmodi loca sufficiunt. *¶*

DE CLAVSURA, ET IIS QUÆ
 ad communem vitæ vsum. & proprietatem
 pertinent. *¶*

N Villa Monialis, siue professa, siue conuarsa sit ornari
 de Ecclesiæ, aut incendende lampadis, aut clauden-
 di

di priorem ianuam, aut alterius operis gratia publicam Ecclesiam ingredi audeat, sub pœna clausurę violatę.

Confessorij ostia tam exteriora, quàm interiora clauibus quas Prefecta semper habebit, obserata sint.

Ea verò sub pœna excommunicationis nemini claues dabit, nisi cum confessiones audiendę erunt, aut adhortationes habendę, aut roganda instrumenta, aut alia huiusmodi publica monasterij negocia conficienda.

Fenestellę ad confessiones audiendas preter laminam ferream perforatam, clatrus ferreus apponatur, quatuor uncijis à lamina remotus, isq; tela, clauiculis ad tabulas in fenestrę modum affixa, contegatur.

Cancelli ferrei, qui in parlatorijs, aut confessorijs reperiuntur, duplices sint, interposito inter utrunq; quinq; unciarum spacio.

Ostiola ex tela, quę cancellis interioribus adiuncta sunt, clauē obserentur, quam Prefecta asseruabit, Nunquàm verò aperiantur, nisi Monialium parentibus, fratribus, sororibus, et nepotibus, nec his quidem Aduentus, Quadragesimę, ieiuniorum, dierum festorum, aut communionis temporibus, tunc enim omnino nullus ad colloquendum, nisi necessitatis causa admittendus est.

Duę saltē ex grauioribus Monialib. singulis annis deputentur quę colloquutionibus et sermonibus inter Moniales et extraneos habendis prepositę sint et semper intersint.

Reliqui vero omnes quicumq; illi sint, qui ad cuiuslibet Monasterij portas accedere vel in Parlatoria ingre-

di alicuius Monialis alloquenda gratia: nisi eius rei ab Ordinario & Monasterij superiore, si Regulare erit, impetrata facultate, ausi fuerint, ij grauius eiusdem Ordinarij arbitrato puniantur.

Moniales vero ipsæ que eiusmodi viros aut mulieres sine scripta facultate accedentes, allocuta fuerint; ea a parlatorijs ad aliquot menses arceantur alijsq; pœnis Præfecta arbitrio mulentur. At illa si criminis particeps fuerit a Superiore Monasterij seuerè pro culpæ ratione plectatur.

Omnia parlatoria sub prima noctis crepuscula claudantur, & clauis Præfecta custodiet.

Camini, ac furnuli, qui reperiuntur in parlatorijs obstruantur, nulliq; deinceps ibi edificentur.

Turri omnes, aut rotæ etiam in regularium monasterijs ad eam formam redigentur, quàm Reuerendis. Episcopus præscribet; ita tamen, ut altitudine cubitum unum, ac uncias octo, latitudine cubitum non excedant, & quaqua versum interfecentur, nullis rimis relictis, atq; ita insigantur, ut inde neque auferri possint, neque dimoueri.

Fenestelle monasterij ianue, præter crâtem ferream, apponatur & lamina perforata, ne inde facilis in Monasterium prospectus pateat.

Cellarum ostia non clauibus obserata sint, sed bacillo ligneo, aut ferreo, ut extrinsecus à Præfecta, quoties libuerit; aperiri possint; arce pariter, & scabella, que in

cella erunt, nullas clauēs habeant. Nulla Monialis post signum silentij, aut quietis, alterius cellam ingrediatur, sed unaqueq; in propriam se recipiat, in eaq; se contineat, quòd si nonnunquam due, aut plures Moniales in eadem cella erunt, osium ad maiorem honestatem patebit.

Singula monasteria locum habeant pro Vestiario designatum, in quo simul omnium Monialium tam lanea, quam linea vestimenta asseruentur; nulla verò in cella aliàs vestes habeat præter eas, quibus quotidie utitur, nisi habita à Prefecta facultate.

Constituatur præterea certus Valetudinario siue (ut aiunt) Infirmarię locus, nec alibi, quam in eo, Moniales egrotę curari permittantur, in quo tamdiu commorabuntur, dum integram valetudinem recuperauerint.

Alius adhęc erit locus, Monialium inobedientium contumacium custodię, ac pœnis, si quę imponendę, atq; exoluendę erunt, designatus. Huius loci cura vni, aut alteri Moniali committetur.

Quod ad cibum potumue, somnum ac Vestitum ceteraq; omnia pertinet, omnes, nulla inter eas permissa differentia, communi ratione uiuant quemadmodum Paupertatis ipsius quod in professione emiserunt votum postulat.

Quare prouetus omnes qui etiam ex eleemosinis uel laboribus conquiruntur, vel testamentis, aut legatis aliaue ex causa accedunt, omnes in Prefectę manibus

consignentur, atque ad communem omnium utilitatem conferantur.

Ipsa autem Præfæta pro sua pietate ac prudentia eius Monialis necessitati primum ex ijs providebit tum vero quod reliquum erit ad Monasterij necessitates subleuandas conferet.

Nulli priuatim in cella comedere permittatur, sed omnes simul in cenaculo cibum sumant; neq; illi peculiarem cibi portionem, aut speciem habere liceat, nisi Præfæta infirmæ valetudinis, vel alterius necessitatis causa priuatim edere, aut singularem cibum in ipso cœnaculo concesserit.

In cellis camini omnes inædificentur, quique super tecta eminent, statim diruantur, atq; in posterum ne in ipsis cellis focos, aut furnulos construi permittatur.

Ne Breviarium, aut beatæ Virginis officium, uel aliud librorum genus teneant, quos non prius superior uiderit, & eis subscripserit, qui si libros prohibitos, aut qui Moniales dedeçant, concedet, seuerè ad Episcopi arbitrium, puniatur.

Neque in cella, neque alibi atramentarium, calami, aut aliud, quo scribi possit, instrumentum habeant, sed, cum scribendum erit, ad id necessaria à Præfæta accipiant, quod non nisi graui, necessariaq; ex causa concedetur, ubi scripserint, omnia eidem restituant, & simul, quæ scripserint ostendant.

Nullus omnino priuatas, quamuis modicas, pecunias

apud se retineant, & si quas habent, eas decem dierum spacio post horum notitiam ad Præfectam deferant, quo tempore elapso, Cōfessarius nullam, quæ aut pecunias, aut aliquam rem propriam, ac priuatam Præfecta non detulerit, absoluerè valeat, sub pœna Excommunicationis ipso facto Confessario, si secus fecerit, subeunda.

Abstineant præterea à quibusuis muneribus cuiquam extra Monasterium dandis, aut mittendis, nisi forte patri, matriuè, aut affinitate coniunctissimis aliquid interdum donari Præfecta concesserit.

Curet Præfecta, ut omnes moniales uestitu simili sint, qui simplex erit, et modestus, et ab omni leuitatis indicio, & suspitione alienus, cum in uestibus, tum etiam in uelibus, quæ nec amylo illita sint, nec artificiosè crispa.

Duos tantum laicos seruos, ac totidem seruas singula monasteria habere possint, qui ab Ordinario approbati sint; neq; aliorum opera frequenter utantur, sub pœna Monialibus diebus octo pane, et aqua ieiunandi, atq; adeo carceris, ad Ordinarij arbitrium; ij uerò, qui inseruiant, grauibus pœnis, ad eiusdem arbitrium punientur.

Monasterium nullum plures portas habeat, quam duas, quibus in Monasterij septa pateat aditus; quarum una curruum, & iumentorum ingressui, altera communis, quæ ceteris monasterij usibus inseruiat; Huic semper duæ moniales astant deputatæ ianitrices.

Porta utraq; duplici assere confecta sit, sine ullis rimulis, et limen habeat è petra solida, quod tam aptè cura
 buq.
 porta,

porta, ubi clausa erit, coniungatur, ut ne tenuissima quidem res intromitti possit.

Unicuiq; harum duarum portarum duæ claves sint diverso fabrilis opere fabricatæ, quarum altera à Præfecta ipsa, altera ab antiquiore monasterij ianitrice teneatur.

Porta communis, quam supra diximus, à via publica congruo spacio distet, sitq; altera uic ipsi proxima porta, quæ ab aliqua monasterij famula extrinsecus claudatur.

Ostiola duo lignea rote, quæ erit in Ecclesia, apponenda erunt, unum quidem interius, cuius clavis apud Præfectam sit, alterum exterius, cuius clavem Capellanus teneat, uel alius, quem idoneum Confessarius censuerit.

Ut facilius, quæ de clausura præcepta sunt, debitæ executioni demandentur, Episcopus, nisi aliunde suppetant pecunie, aliquam eius frumenti partem, quod à pijs locis pro monasteriorum pauperum necessitatibus subleuandis ex Sanctiss. D. N. Gregorij XIII. exigitur constitutione, vendere poterit, precioq; inde redactæ crates ferreas, cancellos, portas, turnos, primo quoq; tempore confici, suisq; locis aptari, necnon & parietes destrui, reficiq; & reliqua omnia, quæ ad clausuram ritè constituendam magis necessaria videbuntur, fieri statim mandare.

Fenestra nulla, aut ostium, aut foramen quantumuis exiguum aperiatur, unde extra monasterij claustra aspectus sit, absq; peculiari Ordinarij licentia, cuius cure à Trid. Synodo, quæcunq; ad monasteriorum etiam Regularibus subiectorum clausuram pertinent, omnino commissæ sunt.

Ubi

Ubi ex vicinorum tam laicorum quam clericorum secularium vel Regularium aedibus aut fenestris prospicere licet in Monasteria; Curent quamprimum Episcopi, etiam si opus fuerit, implorata sereniss. Principis ope, (quam eum pro sua pietate, ac Dei honore, nunquam denegaturum confidimus) ut prospectus eiusmodi, sublatis altius parietibus, vel occlusis officientibus fenestris, impediatur.

Cum in Capitulo puellę aliquę ad sumendum habitum, aut ad professionem admittenda erunt, id fiet votis secretis, quod semper obseruabitur, cum de locandis predijs agendum erit, aut de re aliqua grauiori deliberandum.

Quoties puella aliqua petet sibi in monasterium accessum concedi, loci videndi gratia, in quo professionem cogitet emittere, sedulo inuestigetur, num vere eius sit animi ac propositi, an vero id agat ex curiositate, neque eam ob causam in plura monasteria ingressus ei pateat.

In monasterijs ne ad breue quidem tempus boues, equi, aut asini teneantur, atq; ideo stabula omnia alijs vrbibus mox accommodentur.

Nulla Abbatissa, aut alia Presecta, aut ianitrix, aut quęlibet Monialis quenquam audeat in Monasterij claustra inducere, nisi scriptam facultatem à Reuerendis. Episcopo, & si regulare erit, à superiore etiam monasterij impetratam ostendat, aut ex ijs sit, qui ad solita monasterij officia à superioribus deputati fuerint, cum eos munere suo fungi opus erit, ut post docebitur, hi enim
iuxta

iuxta formam sacri Trid. Concilij videntur quibusdam casibus post notandis admitti posse, habita tamen ut supra dictum est, scriptis facultate.

Moniales vero ipsas commonefacimus, atq; eos, qui illarum cure presunt, omnesq; alios, quorum intererit, si precepto iam dicto non obtemperauerint, censuras, ac pœnas in Bulla Sanctiss. D. N. Gregorij XIII. quæ iam omnibus monasterijs in visitatione denunciata est, ipso facto subituros esse, & ab Excommunicationis vinculo, quo ea de causa obstringentur, à summo tantū Pontifice, præterquàm in mortis articulo liberari posse; Confessarij autem, qui huiusmodi viros aut mulieres absoluerint in Excommunicationem incident contra eos latã, qui à casibus sedi Apostolicæ, & summo Pontifici reseruatæ absoluerint.

DE PVELLIS EDUCATIONIS gratia in monasterium recipiendis.

SI quæ Puellæ seculares educationis gratia, in Monasteria admittendæ esse uidebuntur; id non nisi infrascriptis conditionibus seruatis licere uolumus.

Vt ne velle recipiantur nisi ab Episcopo ac Superiore si ei subiectum sit Monasterium, concessa scriptis licentia.

Eæ autem non decem annis minores neq; decem & octo maiores sint: neq; si habuerint à quibus regi, ac edu-

educari commode possint ; in Monasteria admittantur : Admissæ vero, exquisitis ornamentis, aut delicijs inanimibus, ne ullo pacto utantur .

Neq; vero eis , cum semel è Monasterio exierint, in id amplius redire, neq; in aliud ingredi liceat , nisi cum Moniales fieri voluerint .

Quod autem ad colloquendum cum extraneis attinet , ea omnia seruent ipsæ , quæ de Monialibus supra sancita sunt .

Pro earum alimento curent Superiores , ut ea pecuniæ summa omnino solvatur, qua honeste illæ sustentari possint, et Monasterium etiam ipsum aliquod exinde commodum capere : At nullibi minus , quam xxiiij. aurei nummi, pro integri anni victu, persolvantur .

Si quæ uero ex ijs Puellis religionem ingredi voluerint, eæ ad propinquos suos extra Monasterium mittantur , apud quos, aliquo temporis spatio maneant , priusquam, pro religionis ingressu ab Ordinario examinentur. Ut certius de libera illarum voluntate constare possit .

DE MINISTRIS ORDINARIIS.

QVI Monasterium ingredi certis casibus poterunt, hi plane sunt .

Confessarius ; ut egrotarum Monialium confessiones excipiat , quæ ad confessionale accedere non possunt ; Ut Sanctissimum Christi corpus in uaticum egrotis deferat ;

ferat ; Ut extremam unktionem ministret ; Ut morituris, spiritualibus officijs preesto sit , earumque animam Deo commendet ; Ut debitum medicis funus exequetur .

Socius Confessarij ; Ut Confessarium in officijs predietis comitetur .

Medicus ordinarius Monasterij : Ut egrotas inuisat .

Medicus alter extraordinarius, in periculosis morbis, non tamen sine facultate scriptis concessa singulis vicibus renouanda .

Tonsor , aut Chirurgus ; Ut sanguinem mittat ; Ut curet vulnera .

Cribrator ; Ut granum purget , quam rarissimè tamen fieri poterit .

Molitor ; Ut granum ad molendum deferat ; Ut farinam domum comportet .

Aduertant tamen Moniales , ne sepius , quam bis in singulos menses , ad summum , pistori granum tradant .

Coloni ; Ut granum , vinum, ligna , & reliquam annonam curribus aduehant .

Muliones, aut equiductores : Ut res aduectas introferant, si eiusmodi erunt, ut à Monialibus ferri non possint .

Vinigerulus ; Ut vinum importet, aut exportet , aut ex vno in alium locum transfundat .

Fabri cementarij, lignarij, & ferrarij, cum eorum opera necessaria fuerit .

Architecti, & Monasterij protectores ; si edificandū

erit, aut aliqua ruina resarcienda.

Domus procurator; cum opus fuerit.

Olor; ut hortos, & viridaria excolat; Ubi verò hora sumendi cibum aduenerit, in foresteriam, ut uocant, secedet, nec unquam intra septa comedet.

Pistor; ut crudum panem ad furnum deferat, & ut iam coctum reportet.

Studeat tamen Episcopus quamprimum Monialibus persuadere, ut panem conficiant, & coquant in monasterio, quod illis & commodius erit, & utilius multò.

Curetq; omnino ut ne ad illa officia quæ ab ipsis monialibus præstari poterunt externi ulli seu uiri seu mulieres introducantur. Qui uero necessario ut supra dictum est introducendi erunt, omnis diligentia adhibeatur, ut ij non solum ætate matura, sed etiam uita, & morum integritate, probati sint.

Confessarius ætate prouecta sit, & moribus probatis, casuumq; conscientie non mediocriter doctus.

Eius socius ex senioribus monasterij fratribus, & honestæ uitæ deligatur.

Intra monasterij claustra nunquam comedant, sed confessionis tempore, aut alias cum necesse erit, in foresteria cibum sument.

Neq; uerò ibi unquam pernoctent, nisi cum alicuius Monialis mors imminet.

Dum Confessarius ægrotæ peccata audiet, socius eo loco sit, ut Confessarius eum possit intueri; Cui socio uerò duæ
aut

aut tres Monialium antiquissime sint, quæ illos ingredien-
tes, & egredientes comitabuntur; Idem cum Medico, et
Chirurgo obseruabitur, quibus, aut alijs monasterium in-
gredientibus minoris campanæ signo Moniales, ut se reci-
piant, admonebuntur.

Qui ingressi erunt, opere, cuius gratia uenerant, ab-
soluto statim egrediantur, nec frustra per monasterium
diuagentur.

Exequiarum occasione, quæ pro Monialibus in mona-
sterijs, aut extra celebrabuntur, nullus omnino præter
Confessarium, eiusq; socium, septa ingrediatur, multoque-
minus alij regulares Crucem in supplicationibus dese-
rentes, sed in publica Ecclesia ipsi funus facient, nullo
modo Monialibus sibi ab intus respondentibus.

Nulli omnino ne quidem ex ministris iam dictis, aut
ex quouis alio genere in monasterium admittantur, nisi
scriptam non solum superioris, si regulare erit, sed etiam
Reuerendiss. Episcopi licentiam ostenderint.

OFFICIUM PRÆFECTÆ.

In ceteris curas, quas Monasterij Præfecta suscipere
debet, ut recte, ac diligenter munus sibi commissum
obeat, ea sit præcipua, ut frequenter, & accuratè totum
monasterium ipsa uisitet.

Atq; ideo tertio saltem quoque mense scdulo omnes
cellas uisitat, necessaria provideat, superflua reseret, &

que leuitati potius, & curiositati inserviunt, quàm pietati, & necessitati.

Id autem ut plurimum Monialibus ipsis inopinantibus faciet, cum omnes, scilicet, aut in oratorium, aut in coenaculum, aut in Chorum conuenerint; eoque in munere Vicariam, aut aliquam ex discretis sibi sociam adsciscet.

In singulos annos, cum Vicaria & discretis, bis minimum domestica ministeria inspiciet diligenter inquirens, num rectè, & ex ordine tractentur, accuratam à ministris rationem exigat, delicta perscrutetur, impedimenta remoueat, inuentarium conferat.

Vestiarium semel ad initium Ianuarij inspiciatur, tuncque ratio subducetur supellectilis aestiue; iterum in eunte Augusto, ut rebus hieme necessarijs provideatur.

Horreum, ac penu principio Iunij, & Septemb. sine.

Cella Vinaria ineunte Augusto & abeunte Octobre.

Officina Aromataria mense Maij.

Ubi officium aliquod inuiserit unà cum Vicaria, ac Discretis opportune incommodis omnibus providebit necessitatibus consulat, statuensque quid nam factò opus sit, ut rite omnia perficiantur, mandabit: si quæ ex ministris deliquerint, corrigat, incuriamque salutaribus poenis pro errorum conditione castiget.

OFFICIUM SCRIBAE.

165

Scriba librum habeat, in quem ea, quae infra dicentur, in singulos dies, prout occurrent, referat, omnibus diem, mensem, annum, nomina, cognomina adscribens, superioris etiam siue secularis, siue regularis fuerit, ac praefecta, sub quibus ea fient, nomina, & cognomina apponat.

Consultationes, quae de puella aliqua ad habitum, aut ad professionem admittenda, & recipienda in capitulo habebuntur.

Quo tempore aliqua, ut probetur, in monasterium ingreditur.

Quando examinabitur, adnotans examinatum nomina, & cognomina.

Cum à monasterio ut domi suae probationis causa commoretur, discedit, quando praeterea reuertetur.

Cum superior de alicuius voluntate certior sit, quae aut habitum sumere, aut professionem emittere cuperet.

Cum habitum induit, aetatem adscribens.

Cum professionem emittit, eodem modo.

Cum aliqua ex hac vita migrabit.

Alium praeterea librum habeat, in quo singulae propria manu professionem, si norint, scribant; sin minus alia illarum nomine id faciat, subscribens, se id profitentis rogatu scripsisse, & subscripsisse.

In eodem libro ex ordine professiones Monialium substituitur.

perstitum ab ipsis, ut supra, scribantur.

Ad hæc alium librum habeat, in quo omnes electiones, & officiorum mutationes, quæ in dies fiunt, adnotabit, adiungetque, si aliquis tunc aut interfuerit, aut presuerit.

Hocq; eodem libro nomina, & cognomina confessoriorum continebuntur, tam eorum qui ordinarij sunt, quam eorum, qui extraordinarij.

Libellum habeat, in quo omnia bona immobilia scripta sint, adiunctis eorum coherentijs, locationibus, liuellis, & proprietatibus, unde proueniunt; ibidem nomina, & cognomina eorum, qui locatium fructus persoluunt, apponantur: ad quæ tamen describenda, protectores, & procuratores Monasterij aduocabuntur.

Fiat etiam bonorum omnium Mobilium inuentarum.

Vnicuiq; autem Ministrorum monasterij cum munus imponitur, ea, quæ ad munus illud spectant, assignabuntur, eorumq; inuentarium Ministro, aut Ministre dabitur, in quo & quid accesserit in dies, & quid imminutum sit, adnotabit; et cum officium illud visitabitur, diligentem muneris sui rationem reddere, eoq; perfecto omnia integre restituere possit.

Prefecta apud secularibus habeat Monialium, & omnium, qui monasterio inserviunt, ut Confessarij, Medici, Causidici, Procuratoris, Colutorum, famulorum, & id genus reliquorum.

Omnia tum Visitatorum, tum Superiorum decreta,

& man-

Et mandata unum in librum sigillatim referantur.

Habeat librum, in quo cuiuscunque generis instrumenta, quę sient, describi curet, & iam alias facta adiungat.

Codicillum quoque, in quo omnia quę importabuntur cibaria, eleemosinę, operum mercedes, adnotentur.

DE CONFRATERNITATIBVS, & piorum locorum Administratoribus.

VT quę pie, ac religiosè institutę sunt Sodalitates, seu Confraternitates, eę magis, ac magis in dies ad Dei cultum, & salutem animarum proficiant, eas, quęcumq; illę fuerint, ex Trident. Concilij decreto visitet Ordinarius, eorumq; libros, seu capitula recognoscat diligenter, ut vel illa expurget, vel nouas illis tradat obseruandas regulas, seu constitutiones.

Ne officium Beatę Marię Virginis recitari permittat, nisi ad ritum nouissimè iussu Pij. V. recognitum.

Ne quis Clericus, sacerdosuē, aut quisquam alius quauis fulgens auctoritate illas instituire audeat, nisi Ordinarij auctoritate, sub graui eiusdem Ordinarij arbitrio subeunda pœna.

Neuē in illas recipiantur publici peccatores, aut, si qui iam recepti tales deinceps euaserint, aut superioribus inobedientes fuerint, & corrigi noluerint, ij expellantur statim.

Ne cui sodali, cum ad oratorium conuenitur, cuiusuis generis arma deferre liceat, quanquam etiam laudabile esset nec alibi unquam eos deferre, nisi illis ex officio, aut dignitate deferenda sint.

Ne in Oratorijs, aut eorum templis ulla defunctorum etiam sodalium cadauera sepeliantur, nisi id eis licere priuilegio, aut consuetudine ostendatur.

Ne thus inuicem exhibere, uel benedictionem impartiri, aut pacem osculandam in Missa offerre; neué aliud clericorum proprium munus ijs liceat exercere.

Ne cui sociorum superpelliceum aut aliam sacram vestem induere liceat.

Minus autem sacrosanctam Eucharistiam exponere ad adorandum, aut etiam reponere, sub graui, Ordinarij arbitrio, infligenda pœna: quamuis etiam Tabernaculum ostensorium in quo hostia a sacerdote collocata iam sit, manu is non contingat.

Qua in re cura erit Reuerendiss. Episcopi, prouidere omnino ut Sanctissimum sacramentum non quauis leui excusa aut ad ipsorum Sodalium nutum, populo adorandum etiam pro quadraginta horarum, ut appellant, oratione proponatur.

At cum ipse exponendum iudicauerit, ne altare aut Capellam Sacramenti conopæo straguloué aut auleis, que usui deseruerint profano, contegi aut exornari permittat.

Neq; item lumina plura quã decem aut pauciora quã
sex

sex præter lampades quotidie prælucere solitas, adhiberi, ut & eorum qui populari potius æmulatione, quam vera animi pietate ducti, accendendis luminibus modum imponere nesciunt, immoderatus sumptus cohibeatur: & eorum qui nulla Regis Regum, ac cæli & terræ Domini, cui venerationem exhibent, ratione habita; uix duas lampades accendunt, impudentia, turpis ué auaritia coarguatur.

Quæ quidem non in capellis aut Oratorijs Sodalium tantum, sed in quibuscunque etiam alijs tam Regularium quam sæcularium ecclesijs omnino seruanda curabunt Episcopi pænis etiam in eos qui non paruerint arbitrato suo constitutis.

Ne Desperæ, quo tempore in parochialibus, uel in collegiatis, atq; etiam regularium Ecclesijs celebrantur, ab ipsis Sodalibus recitentur, sed illas ante, uel post recitent licet, modo tamen caueatur ne doctrinæ Christianæ scholis aliquod impedimentum afferatur.

Ne ué item Missas celebrare ante faciant, quàm Missa parochialis fuerit celebrata, nisi ubi fortassis populi commoditas aliter postulabit, & parochi assensus accesserit.

Ab ientaculis abstineant, quæ in die Cænæ Domini, quæ ué in die Corporis Christi fieri consueuerant.

Tum præterea ab omnibus alijs conuiujs, uel comestationibus, quæ ex bonis dictarum Sodalitatum fieri solent; quòd si aliquando ex fundatione, uel primæua illarum institutione aliqua sint facienda conuiuia, in ijs mo-

desse se gerant, duobus ad summum ferculis contenti, non inuicem præbibentes, neque fabulantes, sed spiritualis alicuius libri, lectionem attendentes, benedictione semper præmissa, & gratiarum ad finem Mensæ non prætermittenda actione.

Studeant præterea Sodales singuli prima fidei rudimenta perdiscere; qui vero cuiuscumque, ætatis sit, uel conditionis, neque ea sciuerit, neque addiscere uoluerit, is post duos menses eijciatur.

E singulis autem Sodalitatibus quatuor, aut duo saltem deligantur viri eruditiores, qui diebus festis in alijs scholis doctrinæ Christianæ solcite versantes parochos sua opera, ac studio iuuent.

Ad processiones vocati accedere ne renuant, & pœna illis Ordinarij iudicio constituenda.

Curent tandem Episcopi Sodalitates omnes ad illam formam reducere, quæ à religioso earum instituto nõ longè distet.

Quæ autem parere ita neglexerint, ut nulla spes adsit emendationis, eæ extinguantur Episcopi ipsius arbitrato.

Sodalitatum quarumcumque, Hospitalium, fabricarum Ecclesiæ, piorum uel locorum omnium administratores deligendi, siue clerici, siue laici fuerint, ij ante iurent se fideliter, & diligenter munus suum obituros, studioseque uideant, ne bona, redditus uel ulli prorsus, quàm in destinatos usus conuertantur.

Administrationi autem huiusmodi non præficiantur, nisi pijs, prudentesq; viri, ac probatissimi quique; & qui saltem legere, & scribere nouerint.

Legata omnia, & onera, quæ Sodalitati, vel Hospitali, aut pio cuiusq; loco imminent in libro distinctè describuntur quamprimum, eiusque libri exemplum, publici Notarij manu subsignatum in Archiuum Episcopale deferatur.

Eadem præterea legata, & onera in tabella etiam strictim adnotentur, certis quoq; temporibus, quibus singula persolueda sunt assignatis, quæ quidem tabella eo in loco affixa sit semper, in quo fieri solent eius pijs loci congregationes.

At ne ullo pacto liceat Hospitalium Confraternitatum, aut fabricarum Ecclesie, vel aliorum quoruncq; piorum locorum administratoribus, aut eorum procuratoribus, vel eorum filijs, aut propinquis, alijsuè, qui ab eis quouis modo pendeant, bona aliqua mobilia, vel immobilia, quæ ad illorum administrationem pertineant, emere, vel conducere, etiam locationis ad breue tempus nomine.

Ut autem quæcunq; locis pijs pia hominum voluntate relicta sunt, ea re ipsa persoluantur, & ne testatorum anime fraudentur, Notarijs quibuscunque, aut Cancellarijs id iubemus, ut eorum quisquis testamenta, aut legata ad pias causas à se, vel ab alijs conscripta iam penes se habet, is trium mensium spacio post horum decre-

torum promulgationem; qui verò scripserit deinceps, mense, postquam testatorem mortuum esse intellexerit, id Episcopo significet particula illius, quæ legatum piuum contineat, ipsi tradens subsignatum exemplum, competenti, quæ Episcopo videbitur, ipsi persoluta mercede.

DE QVAESTORIBVS.

Questores, quorum nomen, & usum ab Ecclesia Dei aboleri voluit sacrum Trident. Concilium ne per dioceses suas vagari sinant Episcopi. Cum autem pro aliquibus pijs locis querendas indicauerint elemosinas non ad eas petendas quenquam admittant, qui non sit bonæ existimationis vir, quivè non eiusdem sit diocesis; nevé elemosinarum sit ullo modo particeps.

Aut qui huius rei facultatem scripto, quam gratis plane concedendam esse ducimus, ab Ordinario quotannis renovatam non obtinuerit.

Ijs autem, qui potent, ne ullo pacto liceat vel indulgentias publicare, vel Dei verbum prædicare; Reliquiasuè ostentare. Quid si qui secus fecerint, gravissime Episcopi arbitrio plectantur.

Quibus autem pijs locis peculiaris aliqua facultas à Sancta sede Apostolica concessa fuerit; eius literas, quæ non nisi multis adiectis conditionibus concedi solent, studeant, quàm diligentissimè observari.

DE BONIS ECCLESIAE
NON ALIENANDIS.

Quanto studio, ac diligentia in id incumbere debeant Ecclesiastici omnes viri, ut Ecclesiarum, seu piorum locorum bona, ac iura, quæ Christi sunt patrimonium, conseruentur, neq; ab ullo usurpari permittantur, apertissime ostendit Tridentina Synodus, quæ peculiari, ac grauisimo decreto omnes cuiuscunque gradus, seu conditionis fuerint, qui dicta bona, seu iura usurpare, vel ne ab ijs, ad quos de iure pertinent, percipiantur, impedire ausi fuerint, anathemati tamdiu subiacere voluit, quandiu occupata, vel etiam fraudulenter sibi locata, aut donata, Ecclesie, eiusq; administratori integrè, non restituerint.

Quocirca ut fideles ipsorum curæ concrediti, ab omni indebita bonorum ecclesiasticorum occupatione abstineant. Episcopi Decretum illud quod est xj. Sess. xxij. grauissimis verbis conceptum, quodq; ad extremam harum constitutionum partem imprimi voluimus, sæpe aut bis saltem in anno, statis diebus, cum frequentior erit populus, promulgari curent.

Quicumq; Ecclesiasticum aliquod beneficium, etiam si iuris patronatus sit laicorum, obtinet, sex post horum decretorum promulgationem, mensibus, aut si in posterum obtinebunt, post adeptam possessionem, omnium bonorum mobilium, & immobilium, iurium, & actionum ad illud perti-

pertinentium inuentarium notarij fide comprobatū quā diligentissimè conficiant, illudque Episcopis ipsis tradant in Archiuio Episcopali perpetuò adseruandum.

Ne quorumcunq; beneficiorum Ecclesiasticorum regularium, seu secularium Sodalitatum, Hospitalem, aut piorum quorumcunq; locorum prædia, aut census quomodolibet ultra triennium absq; sedis Apostolicæ consensu locentur, ad Pauli II. constitutionis ea de re editæ præscriptum, quam in hoc Dominio usu receptam esse nõ ambigitur, & iuxta illius formam plures latas iam fuisse etiam seculari foro sententias.

Cum autem usu compertum sit bonorum sepe Ecclesiasticorum locationes ad longum tempus ea fieri conditione, ut Apostolicæ sedis authoritate confirmentur, interim autem possideri, non alias dictæ sedis Apostolicæ secuta confirmatione in grauisimum ipsarum Ecclesiarum præiudicium, idcirco Episcopis omnibus districtè præcipimus, ut diligenti facta inquisitione, si quas huiusmodi alienationes bonorum quorumcunq; Ecclesiasticorum, etiam ad hospitalem, vel confraternitatum, aut fabricæ Ecclesiæ usum pertinentium sub illa conditione, necdum impleta repererint, eas ex Tridentini Concilij auctoritate irritas, & planè inanes esse declarent, atq; in eos, qui ante impetratam confirmationem, siue etiam ante executionem iuxta sedis Apostolicæ præscriptū ritè peractam in dictorum bonorum, aut iurium possessionem intrudere se ausi fuerint, pœnis agant à sacris canonibus, & summorum

morum Pontificum sanctionibus, præsertim à Trident. Synodo contra usurpantes bona Ecclesiastica constitutis, quæ tamen omnia ita locum habere volumus, ac declaramus, uti nulla ex parte à facultate nobis super bonis Ecclesiasticis male alienatis recuperandis à S. D. N. concessa discedatur.

In omnibus autem alienationibus, quas in posterum auctoritate Apostolica fieri continget diligentissimè videant Episcopi, atque eorum Vicarij, & alij de quorum fide, atq; integritate dicta sedes confidens eis negotium totum committit, ut omnia ritè, maturaq; adhibita investigatione persiciantur, utilitati ipsarum Ecclesiarum, quam summus Pontifex intendit, semper prospicientes.

DE DECIMIS. ET IMMUNITATE Ecclesiastica.

DOLENDUM maximè est, quod multis in locis accepimus, Decimas Ecclesijs persolui solitas laicos viros denegare, immo quod gravius est, tanto huius nominis odio conflagrare, ut qui illas etiam solvant, licet non integras præscripta certa ab immemorabili tempore Decimarum quota parte, eas tamen ipsi elemosinæ potius, quàm Decimarum nomine solvere se profiteantur.

Nos igitur tum sacrorum Canonum, tum sanctæ Tridentinæ Synodi auctoritati innixi id præcipimus, ut diligentiores

ligeriores sint deinceps Episcopi in ijs, ad quos decimarum solutio pertinet, omnibus iuris remedijs compellendis, ut debito suo integrè satisfaciant; Eosq; omnes, & singulos quicumque illi sint, qui decimas vel fraudulenter subtraxerint, vel violenter, temerarieue occuparint, vel soluere volentes quouis modo impedierint, tanquam rerum alienarum inuasores primùm legitimè citatos excommunicent, tum ne illos, nisi facta prius plena, atque integra restitutione absoluant, vel absolui ab aliquo permittant.

Omnes præterea Canones, sacra Concilia, Pontificiasq; constitutiones in fauorem Ecclesiasticarum personarum, atq; immunitatis Ecclesiasticæ, & contra eius violatores editas diligenter obseruent, ab eisq; ad quos pertinet, diligenter obseruari faciant, ut Clerici omnes sublati impedimentis omnibus, cum maiori fructu, populiq; edificatione sua munera obeuntes Deo liberiùs vacare possint, atq; Ecclesijs inservire.

DE VSVRIS.

V*Surarum pestem latius in grege Dominico passim manare in magnam animarum Christi perniciem & sensimus, & summopere doluimus. Quare ut crescenti morbo, quoad eius fieri potest, remedium adhibeatur, Episcopos omnes monemus, ut omni studio, ac diligentia inquirant, qui contractus in suis diocæsibus frequentiores*

tiores iniri consueverunt, eosq; adhibitis etiã sacre Theologie, & iuris canonici peritis accurate examinet, quosq; fœneratitios, aut manifeste iniustos esse cognouerint, eos in unum collectos imprimi curent; tum verò suo nomine per uniuersam diœcesim distribui, ut et populi ab eis in posterum abstineant, & qui eos iam inuierint, quod iniuste acceperunt, parati sint restituere, & Confessarij eorum cuipiam, qui eiusmodi quouis modo fœneratitios, vel iniustos contractus exercuerint, absolutionis beneficium non impendant, nisi facta prius à quibus fieri poterit, restitutione, & illos amplius non exercendi promissione.

DE MONTIBVS PIETATIS
ERIGENDI S.

VT autem indigentium necessitati aliqua ratione succurratur, omne studium adhibebunt Episcopi, ut Montes pietatis, unde pauperibus mutuo dentur pecunie, erigantur atque instituantur in Ciuitatibus atque in Oppidis quibusque insignioribus, & ubi erecta iam sunt, ea fideliter administrantur, & augeantur, nihil tamen ex mutuo recipientes ea tantum excepta portione que ad ministros alendos, reliqua que ipsius Montis onera sustinenda necessaria sit, quam etiam non nisi ex peculiari sedis apostolica facultate accipere illo pacto liceat.

DE EXCOMMUNICATIONE.

ID certe non leuiter ferendum est, quod licet Trid. Concil. sanctè adid, grauiusq; de Excommunicationibus illis, quas monitorias vocant, ad reuelationis finem pro deperditis, seu furto subtraëtis rebus ferri solitis, statuerit, ut ex in posterum à nemine prorsus, præterquam ab Episcopo decernantur, tuncque non alias quàm ex re non vulgari, causaq; diligenter, ac magna maturitate per Episcopum examinata, eas tamen nulla adhibita diligentia, nedum causæ cognitione, vel maturitate, pro leuissimis quibusq; rebus passim concedi animaduertimus, non à generalibus solum, sed à foraneis etiam Vicarijs. Unde euenire mirum non est, excommunicationis ipsius gladium qui neruus quidem est Ecclesiasticæ discipline, contemni magis, quàm formidari, & perniciem parere potius, quàm salutem.

Quapropter id cupientes summopere, ut salutare adeò Tridentini Concilij decretum non irritum, & inane reddatur: hæc statuimus, & sancimus.

Ut concedi à nullo possint, nisi ab Episcopo ipso, qui etiam eis propria manu subscribat, si presens sit, alioquin à Vicario generali, à foraneis autè Vicarijs nullo pacto. Eæ autem ne concedantur nisi graui ex causa, eaque pro rei, personæ, loci et temporis conditione mature ac diligenter discussa.

Pro Ecclesiasticis quidem rebus indistinctè, sed pro alijs

alijs nequaquã, nisi deperditæ res ad summam quinquaginta aureorum ascendant, pro pauperibus autem florenorum centum, ita tamen, ut prius constet de paupertate, cuius etiam in literis fiat expressa mentio.

Nunquam autem propter causam criminalem, etiam si de crimine civili agatur, eas concedi liceat.

In reliquis autem seruanda erunt, quàm diligentissimè quæ hac de re statuit pius V. in Cancellariæ regula, quam eam ob causam infra imprimi mandauimus.

Quicumq; publicè excommunicati fuerint, ut diligentius studeant ad sanctæ matris Ecclesiæ gremium redire, & ne alios suo inficiant commercio, eos singulorum mensium primò quòque die Dominico denunciabunt parochi; neq; eos sinant aliquo pacto in Ecclesiam ingredi, præsertim diuinorum officiorum tempore.

Qui autem post annum adhuc resipiscere noluerit, eum parochus in cuius parochiæ ille est finibus Episcopo significet, qui contra eum uti de heresi suspectum aget ex Tridentini Concil. autoritate.

DE TESTIBVS SYNODALIBVS.

Synodales testes, si officio suo ritè, ac fideliter, funguntur, maximam certè afferre possunt Episcopis opè, atque ad restituendum Christianam morum disciplinam, adiumentum.

Quare ij deligantur in Synodo. quaq; Diocesana, qui

¶ moribus, & aetate sanctiores, grauioresq; sint.

Iq; in manibus iurent Episcopi se munus suum rectè, & fideliter prestituros.

Meminerint autem se non cuiusuis amore, vel odio, non premij aliqua spe, aut pœnæ metu, non cognationis vinculo, aut quauis alia re induci, vel impediri unquam debere, quominus Episcopo significant proximè ante diœcesanę Synodi tempus, quacunque in Urbe, vel Diœcesi contra Dei præcepta committi, aut correptione indigere cognouerint.

Ad hæc, quæ sequuntur diligentius inuestigabunt.

An parochi ita se gerant, ut nullum populo prebeant offendiculum.

An sedulo ministrent sacramenta, atq; egris præcipuè.

An solliciti sint in Christiana doctrina imbuendis pueris, singulis diebus festis.

An reliqui itè Clerici in debito se contineant officio.

An in Monialium monasterijs debita clausura seruetur.

An Regulares alicuius publici scādali causã dederint.

An qui residere debent presentes adsint in Ecclesijs suis, suaq; ipsi personaliter obeant munera.

An dies festi ab omnibus, ut par est, colantur.

An quis in ea, quæ de pia in Ecclesijs versandi ratione à nobis constituta iam sunt, delinquat.

An quæ de festorum dierum cultu supra sanciuimus diligenter seruentur.

An ieiunia item quæq; ex Ecclesiæ præcepto instituta, quæq; ex pia consuetudine introducta sunt.

An pia ab ijs, ad quos pertinet, legata solvantur.

An sint, qui debitas soluere decimas recusent.

An quæ de Matrimonio à Tridentina Synodo sancita sunt, tum à parochis, tum à contrahentibus obseruentur.

An quis in Paschate non communicarit.

An qui excommunicationis vinculo sit innodatus, cum alijs Christifidelibus conuersetur.

An interdicti Ecclesias ingrediantur.

An superstitiones aliquæ sint in populo.

An publici adsint peccatores, Concubinarij, Blasphemi, Usurarij, Magi, vel Arioli, Adulteri, Virginum raptores, ac præsertim heresis labe notati; atq; alij criminosi eiusmodi.

Hæcq; omnia tum alia præterea quæcunq; populo in Domini via ambulanti impedimento esse poterunt, ea Episcopo sincere, ac fideliter denuncient.

QVÆ GENERATIM AD HAEC Decreta pertinent.

QVÆ Concilij Tridentini Decreta, & summorum Pontificum Constitutiones populo enunciari supra iussum est, ijs certos aliquos dies, quibus promulgari à parochis oporteat, arbitrio suo præstituet Ordinarius, ea tamen habita ratione, ut quæ magis congruere videbuntur,

buntur, quibusq; anni temporibus assignentur, ut singula singulis diebus euulgata facilius ab omnibus Christi fidelibus percipiantur, atq; in eorum mentibus firmiores radices agant.

Vbi quauis ratione à clericis exigenda erit pœna, ea nullo pacto in Episcopi usum, aut commoda conuertatur, sed tertia ad summum parte delatori assignata, reliqua pio alicui loco attribuat.

Quicquid autem à laicis ex harum Constitutionum præscripto exigendum fuerit, eius dimidia pars Ducali fisco, vel tertia, si accusatori alia pars tertia danda erit, attributa iam esse intelligatur, reliqua pijs operibus applicanda.

Quibus autem delictis certas nostras his decretis pœnas constituimus, ea nihilominus alijs ex veterum Canonum, & Trident. Concil. sanctione præscriptis iam pœnis, coerceri posse volumus, & declaramus, quare delinquentes, aut negligentes his, & illis puniendos esse decernimus.

Quibus verò nullas nos ipsi pœnas præscripsimus, ijs Ordinarij arbitrio præscribendas relinquimus.

Neuè nostris his decretis quis suspicetur alicuius Ecclesie constitutionibus Diocesanis, aut Prouincialibus derogatum, quibus alię vel plures, vel his diligentiores leges ad diuini cultus augmentum, & ad disciplinę Christianę instauracionem præstituta iam sint, aut præstituentur in posterum, id declarandum putauimus, nostrę nequaquam mentis fuisse quicquã de illis aliquo pacto detrabe-

trahere, nisi tibi contra, nõ præter Decreta hæc nostra, aut sacros Canones, aliquid continere eas contingeret.

Ut autẽ nullus ea excusatione uti possit in ijs, quæ à nobis sancita sunt, præstandis, quòd illa ignorarit, propterea omnibus, & singulis Clericis, tum beneficia qualita-
cunque etiam simplicia obtinentibus, tum in sacris ordi-
nibus constitutis, mandamus, ut duorum mensium spa-
cio, nostras has constitutiones, postquam impressæ fue-
rint, ac promulgatæ, sub graui pœna Reuerendiß. Episco-
pi arbitrato infligenda, apud se habeant, easq; studiosè,
& crebrò legentes, quàm diligentissimè in usum induce-
re studeant.

Finis quartæ partis.

FORMULA LIBRORVM QVA-
tuor, quos vnusquisque curam animarum
gerens habere debet, & singulis annis
ad Episcopum deferre, in Archi-
uio Episcopali asser-
uandos.

IN primo libro eorum, qui baptizantur nomina, vul-
gari sermone hunc describantur ferè in modum.

Die

Die iiii. mensis Febr. anno M D L X X V I I. fuit à me Reçtore parochialis Ecclesie Sancti Dalmatij Taurini, baptizatus filius Lucę de Sanctinis, & Catherinę coniugum, natus die xxx. Ianuarij proximè præteriti, eiq; fuit Francisci nomen impositum.

Patrini autem, qui illum susceperunt è baptismatis fonte, fuerunt Martinus filius quon. Pauli de Merlis, & Lucia uxor Petri de Nigris, & filia quon. Matthei de Vialardis.

Quòd si filius non fuerit de legitimo natus matrimonio, nomen tantum matris describatur, si tamen de ea constiterit.

IN altero eorum, qui matrimonia contrahunt nomina adnotentur.

Die V. mensis Februarij anno M D L X X V I I. Andreas filius Hieronymi de Gbisijs contraxit matrimonium per uerba de presenti, cum Dorothea filia Simonis Justi, in Ecclesia Sancti Saluatoris Taurini, presente me Reçtore parochie Sancti Saluatoris prædicti, et Nicolao Verduro, & Augustino Blanco testibus presentibus, & alijs multis de populo, qui ad Ecclesiam conuenerunt, præmissis iam tribus (aut duabus uel una, prout Ordinarius ex causa concesserit) solitis inter Misarum solemnibus denunciationibus, quarum prima facta est die Dominico xxiiij. mensis Ianuarij proximè præteriti, altera die iij. presentis mensis Februarij, qui fuit dies

dies Purificationis Beatæ Virginis Mariæ, Tertiam verò die Dominico presentis item mensis Februarij septimo, & nullo prorsus inter eos detecto legitimo impedimento, quo minus libere contrahere possent.

IN tertium verò eorum, qui confirmantur, nomina hac ratione referantur.

Die X. qui fuit dies Dominicus mensis Februarij, anni MDLXXVII. Confirmatus est Ludovicus filius Amedei de Noris, & Magdalena per Reverendissimum Dominum Episcopum Laudensem, in Ecclesia Sancti Dominici.

Eius Patrinus fuit Vincentius filius Thomæ de Coruis, & Mariæ.

Pro mulieribus autem si nupta fuerint, tam que suscipiunt, quam que suscipiuntur, præter ipsarum nomina, & cognomina addantur præterea virorum nomina, & cognomina hunc in modum.

Lucretia filia Cesaris Lamia, & Anastasia, & uxor Sylvestri de Aduocatis.

IN quarto autem, qui de statu animarum dicitur, libro, distinctæ erunt familia omnes, & singulorum nomina hanc ad formam descripta, ut facile cognosci possit, qui communicent, qui sint confirmati, & quot annorum quisq; sit.

Jacobus Facinus filius quon. Ioannis paterfam. an. 54.

Cecilia eius uxor filia Georgij Putei. an. 42.

Antonius eorum filius. an. 25.

Martha

	<i>Martha filia.</i>	an. 18.
	<i>Mauritius filius.</i>	an. 12.
	<i>Agnes filia.</i>	an. 4.
I	<i>Victor filius Laurentij Comini famulus.</i>	an. 28.
	<i>Anastasia ancilla filia Bernardi Cuppis.</i>	an. 31.

Cui horum characterum signum adnotatum fuerit, com. is eo anno communicasse, & peccata sua confessus fuisse in Paschate cognoscetur.

Cui hoc aliud Conf. confessionem tantum suorum peccatorum fecisse.

2 Cui autem illud non aderit, Chr. is nondum Sanctum Chrismatis, vel Confirmationis suscepisse sacramentum.

Ab una autem ad alteram familiam, interiectum aliquid spacium sit, ut eorum, qui nascentur, nomina, & aliorum, qui in dies accedent, incolarum in eodem libro describi facile possint.

Qui autem è finibus parochie discesserint, eorum nomina subteriecta notentur linea.

3 Qui verò è vita discesserint, transversa linea debeantur, Crucis etiam adiecto signo, hunc in modum.

Martha filia, quòd fortasse nupsert, vel

Anastasia ancilla, quòd ad aliud seruitium transierit.

Mauritius filius †, quòd è vita migraverit.

4 Hac linea quatuor uncijs dispartita tertiam cubiti partem constituit, cuius mensura mentio saepe in his decretis facta est.

Errata sic corrigito

In Indice. quæ ad illam ecclesiam leg. quæ ad illam tuendam
Folio 22. linea. 16. In argnendis leg. in arguendis
Fol. 25. lin. 6. Ne ue res ipse necessarie. leg. Ne ue res ipsas ne
cessarias.

Fol. 30. lin. 4. quasi arbitrio leg. quas arbitrio

Fol. 39. lin. 15. & 16. Lateritium altare eaq; extructū rōne. leg.
Lateritium altare. quod tamē si cōsecrandum erit. tabulā
omnino lapideā. totum altare conregentem. aut saltem
non late minus cubito vndequaq; patentem habeat; caq;
sit extructum ratione.

Fol. 45. lin. 4. etiam rete. leg. etiam reti.

Fol. 59. lin. 20. omnes soliditates. leg. omnes scdalitates.

Fol. 62. lin. 2. Concillij. leg. Concilij.

Fol. 63. lin. 13. consuerint. leg. censuerint.

Fol. 64. lin. 6. seruari. leg. seruentur.

Fol. 66. lin. 23. consuetum. leg. consutum.

Fol. 74. lin. 22. in ecclesia ij vel. lege. in ecclesia vel.

Fol. 77. lin. 17. Neue illi bonorum. leg. Neue vlli bonorum.

Fol. 79. lin. 1. vlla exceptione. leg. sine ulla exceptione.

Fol. 81. lin. vlt. speciatim fuerit dispensatus. leg. speciatim cum
eo fuerit dispensatum.

Fol. 84. lin. 24. & 25. & præsertim si quos hæresis nomine suspe
ctos nouerit. leg. si quos vero hæresis nomine suspectos
nouerit. eos statim denunciet.

Fol. 86. lin. 5. extorquantur. leg. extorqueantur.

Fol. 91. lin. 8. non fit. vel neq; a. ias ad fit. leg. non fit. neque alius
adfit.

Fol. 92. lin. 19. nimium refriguisse. leg. nimium refrixisse.

Fol. 97. in. 2. clerici autem. leg. Ministri autem.

Fol. 99. lin. 24. tempore. adde. quo sanē etiam tempore decen
ti integumento opertum esse debet.

Fol. 103. lin. 22. Neue ecclesia. leg. Neue ecclesie.

Fol. 106. lin. 6. cui tanto. leg. cui tuto.

lin. 24. & Fol. seq. lin. 4. latticinijs leg. lacticinijs.

Fol. 107. lin. 10. corporalis scilicet. adde. cum & is adest. & cau
sa requirit.

Fol. 108. lin. 4. nec non ad. leg. nec ad.

Fol. 115. lin. 10. atq; inter missarum solennia ad eum leg. spon
si item non nisi inter missarū solennia benedicant, ad eū.

Fol. 118. lin. decima. pstituta si fuerint leg. pstituta cū fuerint.
lin. sequen. ad poenitentia leg. ad poenitentiam.

lin. 25. & 26. cum ei ut calcaneo si telium infidetur. Dia
bolus eosq; in nimia fiducia leg. cum ei uti calcaneo fi
delium infidetur. Diabolus eosq; ut in nimia fiducia.

Fol. 120 lin. 12 & non aliis leg. non aliis.
lin. 15. Caveat ne dum duplicia sunt membra. leg. Caveat ne
dum que duplicia sunt membra.

Fol. 124 lin. 6. reuerenter peccent leg. reuerētes spectet licet.
Fol. 125. Communia de diuino officio. leg. Communia de diui
nis officijs.

Fol. 128. lin. 3. si cuncta leg. si contra.

Fol. 134. lin. vlt a notariis exigere leg. a notariis exigi.

Fol. 135. lin. 17. post: onerentur: interpone decretum sequens.
si quando autem in quibuscunq; alijs casibus a iure per
missis cum aliquibus iudicauerint dispensandum memi
nerint ex Concilij Tridentini decreto, id non nisi magna
cum maturitate atq; ex iusta vrgentiq; causa gratiq; ef
fectu faciendum.

lin. 19. agere si ea item leg. neque agendi item.

lin. 23. secretarijs sigilli, uel leg. secretarijs, aut alio quo piam
sigilli etiam, uel.

lin. 25. pro facultatibus audiendi confessiones, predicandi
verbum Dei, leg. pro audiendi confessiones, predicandi
verbum Dei, recognitos libros imprimendi, mulieres nō
suspectas in domo retinendi, ingrediendi monasteria, uel
ad illa accedendi facultatibus.

Fol. 142. lin. 24. Episcopi leg. Episcopus.

Fol. 146. lin. 17. formula leg. formulas.

Fol. 147. lin. 25. ad professionem admitretur nisi leg. ad profes
sionem nisi.


Fol. 150. lin. 16. & legilijs ad aliorum tuonast. leg. lectorilibus
ad aliorum monast.

lin. 22. constituendis: adde: poenis.

Fol. eod. & seq. Decreta hæc: Ostiola; Dna saltem, Reliqui ue
ro; Moniales vero: ita ordine digere: Ostiola; Reliqui ue
ro;

- rō; Moniales autera; Dux saltem.
- Fol. 159. lin. 8. denunciata est: adde: contentas.
lin. 24. si ei. leg. cui.
- Fol. ibi. lin. 3. medicis. leg. mortuis.
lin. 1. 2. quā rarissimē tamen fieri poterit, leg. qui tamen quā
rarissime fieri poterit, admittatur.
lin. 14. domum comportet. leg. ad monasterium cōportet.
lin. 16. pistori. leg. molitori.
- Fol. 162. lin. 18. casuumq; consciētiae non medio crite doctus.
leg. atq; in casuum consciētiae peritia non mediocriter
instructus.
- Fol. 163. lin. 18. in supplicationibus. leg. in funere.
- Fol. 165. lin. 17. quando præterea reuertetur leg. cumque item
reuertitur.
lin. 18. de alicuius voluntate certior sit. leg. de alicuius volun
tate certior sit.
lin. seq. cuperet. ege. cupiat. Hocque decretum pone post il
lud: Cum professionem emittit.
- Fol. 166. lin. 16. Vnicūque. leg. Vnicūque.
fol. 168. lin. 3. deferre. leg. gestare.
lin. 1. 2. liceat; tolle.
lin. 25. deseruerint. leg. deseruierint.
- Fol. 170. lin. 26. redditus ue vlli profus. leg. redditus ue ulli in
alios profus.
- Fol. 172. lin. 5. ipsi persoluta. leg. ipsi Notario persoluta.
lin. 15. neue. leg. quue.
- Fol. 174. lin. 2. seculari foro. leg. in seculari foro.
- Fol. 179. lin. 6. de crimine ciuili leg. de crimine ciuilitet.
- Fol. 183. lin. 3. eas. leg. Diocesanas.

*Ille Capitulum Curiae a Brantungo Supte
Impago Suisani Rebor*



DECRETORVM PROMVLGATIO.



*QUONIAM, & singula decreta; supra
suis titulis disposita, idem Reuerendissi-
mus D. Hieronymus Dei & apost. se-
dis gratia Episc. Lauden. Nuncius, &
Visitator promulgari, edi, typis impri-
mi, & ab omnibus, ad quos spectat, obseruari, atq; in
executionis usum introduci mandauit. In cuius pro-
mulgationis, editionis, & mandati fidem, ac testimonium
publicum instrumentum à me secretario & notario in-
frascripto confici iussit. Taurini in adibus Sanctorum
Antonij & Dalmatij eius solite habitationis in aula
parua superiori, Anno à natiuitate Domini millesimo
quingentesimo, septuagesimo septimo; Indictione quinta,
die vero undecima mensis Septembris; Pontificatus
Sanctissimi in Christo patris & D. N. Domini Grego-
rij diuina prouidentia Papæ XIII. anno sexto: Presen-
tibus admodum Reuerendo Patre Mariano Settinerio
Rectore collegij societatis Iesu eiusdem ciuitatis, & ma-
gnifico D. Pamphilo Carranza I. U. D. Auditore præ-
fati Reuerendissimi D. testibus &c.*

Iulius Cæsar Magnanius Secret. & not.

PARTICVLA FACVLTATIS
Visitandi Reuerendissimi Nuncij.

GREGORIUS &c. Fraternitati tue legatione tua huiusmodi durante, & intra illius fines, atq; erga eius personas, & loca ibi existentia duntaxat, per te ipsum, vel alium, seu alios viros probos, & idoneos; Patriarchales, Primatiales, Metropolitanas, & alias Cathedralales, ac Collegiatas, & Parochiales Ecclesias, necnon Monasteria tam virorum, quàm mulierum, Prioratus, Præpositatus, & loca secularia, & quorumuis Ordinum etiam Mendicantium regularia, necnon Hospitalia etiam exempta, dictaq; sedi immediate subiecta, vel quocunq; alio privilegio suffulta, eorumq; Capitula, Conuentus, Uniuersitates, Collegia, & personas, tam seculares, quàm regulares, & ut præfertur exemptas, & subiectas; quoties tibi videbitur, Apostolica auctoritate visitandi: ac in illorum statum, formam, regulas, instituta, regimen, statuta, consuetudines, vitam, ritus, mores, & disciplinam, tam coniunctim, quam diuisim, ac tam in capite, quàm in membris diligenter inquirendi: necnon Euãgelica, & Apostolica doctrina, sacrorumq; Canonum, & generalium Conciliorum decretis, ac sanctorum Patrum traditionibus, atq; institutis inherendo, & prout occasio, rerumq; qualitas exegerit, quæcunque mutatione, correctione, emendatione, reuocatione, & renouatione, ac etiam ex integro editione indigere cognoueris reformandi, mutandi

et audi, corrigendi, & etiam de nouo condendi; condita sa-
cris canonibus non repugnantia confirmandi, abusus quos-
cunque tollendi; regulas, institutiones, obseruationes, & ec-
clesiasticam disciplinam, ubicunq; illæ exciderint modis
congruis restituendi, & reintegrandi; prædicti Concilij
Tridentini Decreta, ubi nondum introducta sunt,

proponendi, & custodiri præciendi, ipsasq;

personas tam seculares, quàm regu-

lares etiam exemptas ad debi-

tum, & honestum vitæ

modum reuo-

candi;

ac

quicquid inde statueris, & or-

dinaueris perpetuò ob-

seruari facien-

di.

DECRETA, ET BVLLAE QVAE SVPERIVS SIGNIFICANTVR.

DECRETVM CONCILII TRIDENTINI,
contra eos, qui clandestina matrimonia
attentauerint, Sess. 24. de Refor-
matione. Cap. i.



DAMETS I dubitandum non est, clandestina
matrimonia, libero contrahentium consensu fa-
cta, rata, & uera esse matrimonia, quando Ec-
clesia ea irrita non fecit, & proinde iure damnant
diuinitati, ut eos sancta Synodus anathemate
damnat, qui ea uera, ac rata esse negant, qui-
bus falso affirmant, matrimonia, a filijs familias si-
ne consensu parentum contracta, irrita esse, &
parentes ea rata, uel irrita facere posse: nihilominus sancta Dei Ecclesia,
ex iustissimis causis illa semper detestata est, atque prohibuit. verum cum
sancta Synodus animaduertat, prohibitiones illas propter hominum
inobedientiam iam non prodesse: & grauiora peccata perpendat, quae ex
eisdem clandestinis coniugijs ortum habent, praesertim uero eorum, qui
in statu damnationis permanent, sum, priore uxore, cum qua clam
contraxerant, relicta, cum alia palam contrahunt, & cum ea in perpetuo
adulterio uiuunt. Cui malo cum ab Ecclesia, quae de occultis non iudicat,
succurri non possit, uis efficacius aliquid remedium adhibeat-
tur: iecundo sacri Lateranensis Concilij, sub Innocentio I I I. celebra-
ti, ueligijs inharendo praecipit, ut in posterum, antequam matrimo-
nium contrahatur, ter a proprio contrahentium Parocho tribus conti-
nuis diebus festiuis in ecclesia inter Missarum solemnia publice denunciet-
tur, inter quos matrimonium sit contrahendum: quibus denunciations-

bus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij in facie Ecclesiæ procedatur; vbi Parochus, viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat, Ego uos in matrimonium coniungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: vel alijs vtatur verbis; iuxta receptum vniuscuiusq; Prouinciæ ritum. Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio, matrimonium malitiosè impediri posse, si tot præcesserint denunciationes; tunc vel vna tantum denuntiatio fiat, vel saltem Parocho, & duobus, vel tribus testibus præsentibus matrimonium celebretur: deinde ante illius consummationem denunciationes in ecclesia fiant; vt, si aliqua subsunt impedimenta, facilius detegantur: nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit, vt prædictæ denunciationes remittantur: quod illius prudentiæ, & iudicio sancta Synodus relinquit. Qui aliter, quàm præserte Parocho, vel alio sacerdote, de ipsius Parochi, seu Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt; eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit: & huiusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit, prout eos præsentis decreto irritos facit, & annullat. Insuper Parochum, vel alium sacerdotem, qui cum minore testium numero, & testes, qui sine Parocho, vel sacerdote huiusmodi contractui interfuerint, nec non ipsos contrahentes grauitè arbitrio Ordinarij puniri præcipit. Præterea eadem sancta Synodus hortatur, vt coniuges ante benedictionem sacerdotalem, in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent; statuitq; benedictionem à proprio Parocho fieri; neque à quoquam, nisi ab ipso Parocho, vel ab Ordinario licentiam ad prædictam benedictionem faciendam alij sacerdoti concedi posse: quacunque consuetudine, etiam immemorabili, quæ potius corruptela dicenda est, vel priuilegio, non obstante. Quod si quis Parochus, vel alius sacerdos, siue regularis, siue sæcularis sit, etiam si id sibi ex priuilegio, vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius parochiæ sponfos sine illorum Parochi licentia matrimonio coniungere, aut benedicere ausus fuerit, ipso iure tamdiu suspensus maneat, quamdiu ab Ordinario eius Parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absoluaatur. Habeat Parochus librum, in quo coniugum, & testium nomina, diemq; & locum contracti matrimonij describat, quem diligenter apud se custodiat. Postremò sancta Synodus coniuges hortatur, vt, antequàm peccata diligenter confiteantur, & ad sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum piè accedant. Si quæ Prouinciæ alijs, vltra prædicta, laudabilibus consuetudinibus, & carimonijs hac in re vtuntur, eas omnino retineri sancta Synodus vehemèter optat. Ne verò hæc tam salubria

præcepta quæquam lateant, Ordinarijs omnibus præcipit, vt, cum primum poterint, curent hoc decretum populo publicari, ac explicari in singulis suarum diœcesum parochialibus ecclesijs, idq. in primo anno quàm sæpissimè fiat; deinde verò quoties expedire viderint. Decernit insuper, vt huiusmodi decretum in vnaquaque parochia suum robur post triginta dies habere incipiat, à die primæ publicationis, in eadem parochia facta, numerandos.

DECRETVM CONCILII TRIDENTINI

De ijs, qui decimas non soluunt, Sess. 25.

tit. de Reform. Cap. 12.

Non sunt ferendi, qui uarijs artibus decimas, Ecclesijs obuientes, subtrahere moliantur; aut qui ab alijs soluendas temerè occupant, & in rem suam uertunt: cum decimarum solutio debita sit Deo; & qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt, res alienas inuadant. Præcipit igitur sancta Synodus omnibus, cuiuscunque gradus, & conditionis sint, ad quos decimarum solutio spectat, vt eas, ad quas de iure tenentur, in posterum Cathedrali, aut quibuscunque alijs Ecclesijs, vel personis, quibus legitimè debentur, integrè perfoluant. Qui verò eas aut subtrahunt, aut impediunt; excommunicentur: nec ab hoc crimine, nisi plena restitutione secuta, absoluantur. Hortatur dehinc omnes, & singulos, pro Christiana charitate, debitoq; erga Pastores suos munere, vt de bonis sibi à Deo collatis, Episcopis, & Parochis, qui tenuioribus præfunt Ecclesijs, largè subuenire ad Dei laudem, atque Pastorum suorum, qui pro eis inuigilant, dignitatem tuendam, non grauentur.

DECRETVM CONCILII TRIDENTINI

de vsurpantibus bona, & iura ecclesiastica,

editum Sess. 22. Cap. xi.

Si quem clericorum, aut laicorum, quacunque is dignitate etiam Imperiali, aut Regali præfulgeat, in tantum malorum omnium radix cupiditas occupauerit, vt alicuius Ecclesiæ, seu cuiusuis secularis, vel regularis beneficij, Montium pietatis, aliorumq; piorum locorum iurisdictiones, bona, census, ac iura, etiam feudalia, &

BVLLA S. D. N. D. PII DIVINA
 prouidentia Papæ IIII. Super Forma iura-
 menti profefsionis fidei.

PIVS EPISCOPVS, SERVVS
 seruorum Dei, ad perpetuam rei
 memoriam.



IN VNCTVM nobis Apostolicæ seruitutis officium re-
 quirat, vt ea, quæ Dominus Omnipotens, ad prouidam
 Ecclesiæ suæ directionem sanctis Patribus in nomine suo
 congregatis, diuinitus inspirare dignatus est, ad eius lau-
 dem, & gloriam incunctanter exequi properemus. Cum
 itaque iuxta Concilij Tridentini dispositionem, omnes quos deinceps
 cathedralibus, & superioribus ecclesijs præfici, vel quibus de illarum di-
 gnitatibus, canonicatibus, & alijs quibuscunq; beneficijs ecclesiasti-
 cis, curam animarum habentibus, prouideri continget, publicam ortho-
 doxæ fidei profefsionem facere, seque in Romanæ Ecclesiæ obedien-
 tia permanuros spondere, & iurare, teneantur: Nos volentes etiam
 per quoscunq; quibus de monasterijs, conuentibus, domibus, & alijs
 quibuscunq; locis, Regularium quorumcunq; Ordinum, etiam Mili-
 tiarum, quocunq; nomine, vel titulo prouidebitur, idem seruari, &
 ad hoc, vt vnus eiusdem fidei profefsio vniformiter ab omnibus, exhi-
 beatur, vnicaq; & certa illius forma cunctis innotescat, nostræ sollicitu-
 dinis partes, in hoc alicui minimè desiderari, formam ipsam præsentibus
 annotatam publicari, & vbique gentium per eos, ad quos ex decre-
 tis ipsius Concilij, & alios prædictos spectat, recipi, & obseruari, ac sub
 pœnis per Concilium ipsum in contraueniens latis, iuxta hanc, & non
 aliam formam, profefsionem prædictam solènter fieri auctoritate Apo-
 stolica tenore præsentium districte præcipiendo mandamus, huiusmodi
 sub tenore. Ego N. firma fide credo & profiteor omnia, & singula, quæ
 continentur in Symbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia vtitur, vi-
 delicet. Credo in vnum Deum patrem Omnipotentem, factorem cœ-
 li & terræ, visibilibus omnium, & inuisibilibus; & in vnum Dominum
 Iesum Christum Filium Dei vnigenitum, & ex patre natum ante om-
 nia sæcula; Deum de Deo, lumen de lumine; Deum verum de Deo ve-
 ro, genitum non factum consubstantialem patri, per quem omnia facta
 sunt;

sunt; qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit
 de cœlis, & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, & homo
 factus est: crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & re-
 pultus est, & resurrexit tertia die secundum Scripturas: & ascendit in
 cœlum, sedet ad dextram Patris; & iterum venturus est cum gloria iu-
 dicare viuos, & mortuos: cuius regni non erit finis: & in Spiritum san-
 ctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre, Filioq; procedit; qui
 cum Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur; qui locutus
 est per Prophetas: & vnam Sanctam Catholicam, & Apostolicam Ec-
 clesiam. Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum, & expe-
 cto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi. Amen. Apo-
 stolicas & ecclesiasticas traditiones, reliquasq; eiusdem Ecclesie obser-
 uationes & constitutiones firmissimè admitto, & amplector. Item sacrâ
 Scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit & tenet sancta mater Ecclē-
 sia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum Scriptu-
 rarum, admitto, nec eam vnquam, nisi iuxta vnanimem consensum pa-
 trum, accipiam, & interpretabor. Profiteor quoq; septem esse verè &
 propriè sacramenta legis à Iesu Christo, Domino nostro, instituta, atq;
 ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet
 Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extre-
 mam Vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaq; gratiam conferre,
 & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem, sine sacrilegio re-
 iterari non posse: Receptos quoq; & approbatos Ecclesie catholice ritus,
 in supradictorum omnium sacramentorum solemnè administratione
 recipio, & admitto: omnia, & singula, quæ de peccato originali, &
 de iustificatione in Sacrosancta Tridentina Synodo definita & declara-
 ta fuerunt, amplector, & recipio: Profiteor pariter in Missa offerri Deo
 verum, proprium, & propiciatorium sacrificium, pro viuis & defun-
 ctis, atq; in sanctissimo Eucharistie Sacramento esse, verè, realiter, &
 substantialiter corpus, & sanguinem, vnà cum anima, & diuinitate D.
 N. Iesu Christi, fieriq; conuersionem totius substantiæ panis, in cor-
 pus, & totius substantiæ vini, in sanguinem; quam conuersionem Catho-
 lica Ecclesia Transubstantiationem appellat: Fateor etiam sub altera tai-
 tum specie, totum atq; integrum Christum, verumq; Sacramentum su-
 mi: Constanter teneo Purgatorium esse, Animasq; ibi detentas fidelium
 suffragijs iuuari, Similiter & Sanctos vnà cum Christo regnantes, ve-
 nerandos atq; inuocandos esse, eosq; orationes Deo pro nobis offerre,
 atq; eorum reliquias esse venerandas. Firmissimè assero imagines Chri-
 sti, ac Deiparæ semper virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas,
 & retinendas esse, atque eis debitum honorem ac venerationem imper-
 tiendam: Indulgentiarum etiam potestatem, à Christo in Ecclesia reli-
 etam

Etam fuisse, illarumq; vsum Christiano populo maximè salutarem esse, affirmo: Sanctam Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarum matrem, & magistram agnosco; Romanoq; Pontifici, beati Petri Apostolorum principis successori, ac Iesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo, ac iuro: Cætera item omnia à sacris Canonibus, & œcumenicis Concilijs, ac præcipue à sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio atq; profiteor, simulque contraria omnia, atque hæreses quasunque ab Ecclesia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reijcio, & anathematizo: Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo saluus esse potest, quam in præsentis sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram & inuiolatam, vsque ad extremum vite spiritum, constantissimè (Deo adiuvante) retinere, & confiteri, atque à meis subditis, vel illis quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit curaturum. Ego idem N. spondeo, voveo, ac iuro. Sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Evangelia. Volumus autem, quod præsentès literæ in Cancellaria nostra Apostolica, de more, legantur: Et vt omnibus facilius pateant, in eas Quinterno describantur, ac etiam imprimantur. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ voluntatis & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum, Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominiq; MDLXIII. Idibus Nouemb. Pontific. nostri anno Quinto.

Fed. Card. Cesium.

Cæ. Glorierius.

Lectæ, & publicatæ fuerunt superscriptæ litteræ Romæ, in Cancellaria Apostolica, Anno incarnationis Domini MDLXIII, Die verò Sabbati, IX. Mensis Decembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri, Domini Pij, Pape Quarti, Anno Quarto.

A. Lornelinus Cust.

PARS LITERARVM PROCESSVS,

contra Hæreticos die cœnæ Domini, editi.



OS igitur excommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, auctoritate quoque beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra, quoscumque Vitas, Vicleuitas, Lutheranos, Zuinglianos, Calvinistas, Vgonottos, Anabaptistas, Trinitarios, & omnes & singulos alios Hæreticos, quocumque nomine nuncupentur, & cuiuscumque sectæ existant, & eorum credentes, ipsorumque receptatores, & fautores, & generaliter quoslibet defensores, ac eorundem libros, sine auctoritate nostra, & sedis Apostolicæ, scienter quomodolibet legentes, aut tenentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes ex quavis causa, publicè, uel occultè, quouis ingenio, uel colore; nec non Schismaticos, & eos, qui se a nostra, & Rom. Pont. pro tempore existentis obedientia, pertinaciter subtrahere, seu quomodolibet recedere præsumunt.

BVLLA S. D. N. D. PII DIVINA
prouidentia Papæ V. Super residentia facienda in parochialibus per obtinentes eas, ac
Canonicatus, aut dignitates, seu aliud beneficium.

PIVS EPISCOPVS, SERVVS
seruorum Dei, Ad perpetuam rei
memoriam.



Vpientes pro nostri pastoralis officii munere Christi fidelium animarum saluti, quantum cum deo possumus, salubriter consulere, & parochialibus ecclesiis ab earum parochis, prout tenentur, in diuinis debite, & laudabiliter deseruiri, in hærendo etiam decretis sacri Concilij Tridentini, Motu proprio, & ex mera deliberatione, certaque scientia nostra, ac de apostolica potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura constitutione, omnes, & singulos Rectores parochialium ecclesiarum, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, & præminentie fuerint,

tint, in quibuscunq; regnis, prouincijs, ciuitatibus, diocæsisbus, ac alijs Christiani orbis partibus consistentes, qui parochialem ecclesiam, ac canonicatum, aut dignitatem, etiam post Pontificalem maiorem, seu p̄ncipalẽ in quibusuis Patriarchalibus, aut Metropolitanis, vel cathedralibus, seu collegiatis ecclesijs, seu aliud quodcunq; beneficium ecclesiasticum, etiam quarumcunq; dispensationum a Roman. pontificibus p̄decessoribus nostris, seu etiam a nobis hactenus, quomodolibet impetratarum, ac literarum apostolicarum desuper expeditarum titulo, quas omnes hac p̄senti Constitutione abolemus, & reuocamus, seu quocunq; alio prætèxto obtinent, cum prima, & p̄cipua debeat esse cura animarum, eos ad residendum in ecclesia parochiali, & ibi in diuinis deseruiendum, debitoq; eorum officio fungendum omnino teneri, & obligatos esse, ac ad id per Episcopos, & aliorum locorum ordinarios, etiam tanquam apostolice sedis delegatos, sub sententijs, & censuris ecclesiasticis, ac pecuniarijs arbitrio eorum, declarandis, ac etiam priuationis dictarum parochialium, quorumcunq; beneficiorum p̄œnis, quacunq; appellatione remota, cogi, & compelli posse, & debere auctoritate apostolica tenore p̄sentium statuimus, p̄cipimus, & ordinamus. Eos tamen sic residentes in ecclesijs parochialibus omnes & singulos fructus redditus, & proventus, etiam Canonicatus sui, vel dignitatis, seu alterius cuiuscunq; beneficii, exceptis dūtaxat quotidianis distributionibus, & alijs, que ex iusta causa absentes percipere non solent, lucrari volumus, Sicq; per quoscunq; Iudices, & Commissarios, etiam causarum palatii apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, interpretari, iudicari, & diffiniri debere. Nec non irritum, & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel in posterum contigerit attentari, decernimus, & declaramus. Non obstantibus p̄missis ac quibusuis dispensationibus, & exemptionibus, literisq; apostolicis desuper confectis, necnon apostolicis in prouincialibusq; & synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis & literis apostolicis quibusuis personis in genere vel, in specie, & alias quomodolibet concessis, & approbatis, in posterumq; concedendis, & approbandis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quauis alia expressio habenda aut alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur, p̄sistentibus

pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanfuris, hac vice dumtaxat ad effectum presentium specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem quod harum literarum Transumptis, etiam impressis, manu notarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides tam in iudicio quam extra adhibeatur, quæ presentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ abolitionis, revocationis, statuti, præcepti, ordinationis, decreti, declarationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Domini, Millesimo quingentesimo sexagesimo octavo, octavo Idus Iulij Pontificatus nostri anno tertio.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo octavo, indictione vndecima, die vero decima quinta mensis Iulij, Pontificatus sanctiss. in Christo patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ Quinti anno tertio, retrospectæ literæ Apostolicæ, lectæ, affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicæ principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ apostolicæ, & in acie campi Floræ, dimissis ibidem presentibus literis per aliquantulum temporis spatium, (yt est moris) affixis, & deinde amotis per nos Ioannem Bornoctum, & Iulium Parinum prælibati sanctiss. D. N. Papæ Cursores.

Antonius Clerici Mag. Curf.

BVLLA

B V L L A S . D . N . D . P I I P P . V .
 prohibition. blasphemix, Sodomix, Simo-
 nię, Concubinarius, ac contra deambulan-
 tes per Ecclesias, pauperes per eas mendican-
 tes, ac alios in eis illicita facieñ. nec non de tol-
 lendis ex eis capsis, & depositis mortuorum,
 de non laborando in diebus Festiuis, ac circa
 plurima alia Dei honorem, & diuinum cul-
 tum concernentia .

PIVS EPISCOPVS, SERVVS
 seruorum Dei, Ad perpetuam rei
 memoriã.



CVM primum apostolatus officium diuina nobis dispositio-
 ne commissum suscepimus, statim omnem curam, & cogi-
 tationem nostram in Domini gregis fidei nostrę crediti
 salute defiximus, & Christi fideles, Deo iuuante, ita diri-
 gere statuimus, vt à vitijs, & peccatis abstinentes, iter, quod
 ad vitam æternam ducit, insistant. Cum autem ad omnia, quę diuinam
 Maiestatem aliquo modo possent offendere, amouenda mentis nostrę
 aciem intenderimus, ea primum, & sine mora emendare decreuimus,
 quę Deo præter cetera displicere, & iram eius prouocare cum diuinę
 docent scripturę, tum grauissimã exempla declarant: nempe diuini cul-
 tus neglectum, simonię labem, blasphemię crimen, & libidinis naturę
 contrarię vitium execrandum, propter quę populi, & nationes bello-
 rum, famis, & pestilentię calamitatibus iusta Dei vltione sæpe plectun-
 tur. Et si autem contra eos, qui tam grauiã crimina admiserint, multe
 prædecessoribus nostris constitutiones editę fuerunt: tamẽ quia parum
 est leges edere, nisi sint, qui eas debitis temporibus exequantur: Idcir-
 co, ne forsan ex tolerantia sperare impunitatem audeant, scientes ple-
 rosq; pœnarum grauitate magis quã Dei timore arceri solere à volun-
 tate peccandi. omnes & singulas sententias, censuras, & pœnas contra
 eos, qui talia deliquerint, latas confirmamus, & apostolica auctoritate
 innouamus, nec de earum rigore quicquam relaxamus, admonemusq;

eos qui talia perpetrare veriti non fuerint, non solum subito eos pœnas, qua sacris sunt Canonibus constitutæ, sed eas etiam, quas leges civiles comminantur, & nostri quoque arbitrij discretio pro personarum qualitate constituet. Mandantes ciuitatum, & locorum status nostri Ecclesiastici pro tempore Ordinarijs, & Gubernatoribus, illis quidem sub pœna suspensionis a diuinis, his vero sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, vt quos debitum Deo cultum in Ecclesijs non tribuere, alijsq; nefandis criminibus pollutos esse compererint, comprehendi current pœnis afficiendo competentibus. Scituris etiam ipsis Iudicibus quod si post hanc nostram constitutionem in castigandis huiusmodi delictis negligentes fuerint, Primum quidem Dei omnipotentis Iudicio obnoxij erunt, deinde nostram quoque incurrent indignationem. Vt autem pœnarum certitudo cunctis facilius innotescat, nonnullas hic duximus exprimendas, alijs nihilominus contra huiusmodi criminum reos a iure statutis in suo robore manentibus. Vt igitur Deo optimo maximo, gloriose Virgini, & sanctis omnibus debitus honor deferatur, Gregorij X. prædecessoris nostri constitutionem innouantes, ac statuta in Tridentino Concilio obseruari volentes, statuimus, & ordinamus, vt ad Ecclesias sic humilis, & deuotus ingressus, quieta conuersatio, deuotis orationibus insistant, & omnes genibus flexis sanctissimum sacramentum adorent, ad nomen Iesu Christi domini nostri cum exhibitione reuerentiæ caput inclinent, nullus in dictis Ecclesijs seditionem faciat, tumultum excitet, clamores moueat, impetum ve committat, cessent vana, fœda, & profana colloquia, risus immoderati, & strepitus omnes iudiciorum, & alia quæcunque quæ diuinum officium perturbare possunt. Nullus intra Ecclesias deambulare audeat, siue præsumat, dum celebrantur sacra mysteria, & alia diuina officia. Qui vero prædicta petulanti animo contempserint, præter diuinæ ultionis acrimoniam, nostri quoque arbitrij pœnas incurrent, quæ omnia locorum quoque ordinarij in suis Ecclesijs facient obseruari. Quicumque vero in Ecclesijs, dum ibi sacrificium Missæ, & diuina celebrantur officia, aut verbum Dei prædicatur, deambulare, vociferari, aut verso tergo ad sanctissimum sacramentum irreuerenter sedere, aut aliquid, quod scandalum generet, aut diuina perturbet officia, facere præsumperit, pœnam viginti quinque ducatorum incurret, præter alias arbitrio nostro imponendas, & moderandas pœnas, & qui non habebit in ære, luet in corpore, aut exilio mulctabitur. Qui vero in Ecclesijs cum mulieribus impudicis, siue etiã honestis colloquium scurrile habuerit, aut alios inhonestos actus fecerit, viginti quinque ducatorum pœnam incurrat, & carceris per mensem. Qui in Ecclesijs, vt supra, obscœnis, & inhonestis verbis, aut signis vsus fuerit, aut alia fœda colloquia cum personis quibuscunq; habuerit, decem aureo-

rum pœna multetur, aut alias corporaliter puniatur. Mandamus præterea omnibus, & singulis Cathedralium, Collegiarum, & Parochialium Ecclesiarum Capitulis, Rectoribus, Vicarijs, Sacristis, Oſtarijs, & alijs ipſarum Custodibus, quatenus præfatos omnes in Ecclesijs delinquentes admoneant, & vt in eis vetita fieri non permittant vel saltem ipſis Ordinarijs, vel officarijs nostris puniendos deferant, quod si facile neglexerint, pœnam duorum aureorum vice qualibet incurrent. Pauperes quoq; mendicantes seu elemosynas petentes per Ecclesias tempore missarum, prædicationum, aliorumq; diuinorum officiorum ire non finant, sed eos ad valuas Ecclesiarum stare faciant, sub pœna duorum aureorum Capitulis infligenda pro qualibet vice, nisi eos eiici curauerint, & Parochis dimidij aurei. Religiosis etiam Clauſtralibus, siue regularibus præcipimus in virtute sanctę obediencię, vt in ecclesijs suis deputent aliquem, qui tales eiiciat, & si negligentes fuerint, grauissime ab ordinario corripiantur: quod si illi parere recuſauerint, grauissimas pœnas incurrent, & pro qualitate personarum etiam corporaliter punientur arbitrio nostro, siue superiorum suorum. Et, vt in Ecclesijs nihil indecens relinquatur, ijdem prouideant, vt capſę omnes, & deposita, seu alia cadauerum conditoria super terram existentia omnino amoueantur, prout alias statutum fuit, & defunctorum corpora in tumbis profundis infra terram collocentur. Cum vero dierum festorum obseruatio ad Dei cultum maxime pertineat, & in Lege diuina præcipiatur, Cupientes abusus prauos, qui ex eorum inobseruantia inualuerunt, omnino corrigere, & antiquorum canonum statuta renouantes, mandamus vt omnes dies Dominici, & præcipue in honorem Dei, Beatę Marię Virginis, & sanctorum Apostolorum feriat cum omni ueneratione obseruentur, & omnes in diebus præfatis Ecclesias frequentent, diuinis officijs deuotè intendant, ab omni illicito, & seruili opere abſtineant, Mercatus non fiant, profanę negotiationes & Iudiciorum strepitus conquiescant. Qui vero in diebus præfatis opus aliquod illicitum fecisse deprehensus fuerit: præter diuinam ultionem, & amissionem animarum, quibus ad uecturam vtetur, etiam graues pœnas incurret, arbitrio nostro seu Vicarij nostri in vrbe. In alijs autem locis arbitrio ordinariorum, vel aliorum magistratum, ita vt præuentioni locus sit. Quibus omnibus districte præcipimus, vt hæc diligenter obseruari procurent; illas etiam festiuitates, quę iuxta consuetudinem locorum solemniter celebrari consueuerunt, iuxta laudabilem consuetudinem debita cum reuerentia obseruari faciant, sub pœnis arbitrio ipsorum imponendis, & moderandis. Et vt Simoniacę prauitatis labes prorsus aboleatur, Constitutiones antecessorum nostrorum cõtra Simoniacos editas, & præsertim Pauli I I inuiolabiliter obseruari mandamus, & delinquentes tam in sacrorum ordi-

dinum receptione, quam in beneficiorum affecutione, statuti etiam inferius pœnis nostra auctoritate affici volumus. Quicunq; igitur detestabile crimen Simoniacę prauitatis commisisse conuictus fuerit in consequendis ordinibus, eo ipso sit ab illorum executione per decennium sine spe dispensationis suspensus, & per annum carceribus mancipetur. Qui Dignitates Ecclesiasticas simoniace acquisuerit, illis sit ipso iure priuatus, & in futurum inhabilis ad eas, & quascunq; alias obtinendas. Qui Beneficium, aut Officium Ecclesiasticum simoniace adeptus fuerit, illis similiter sit ipso iure priuatus, & ad fructuum omnium, quos perceperit, restitutionem teneatur, & perpetuo sit inhabilis ad ea, & quacunque alia Beneficia Ecclesiastica obtinenda. Si quis autem tale crimen pluries commisisse conuictus fuerit, præter supradictas pœnas etiam corporaliter puniatur, & ab ordinibus Ecclesiasticis degradatus a fidelium consortio eiiciatur. Qui vero ordines, & beneficia simoniace contulerint, pœnis a Iure statutis puniantur, cuiuscunque gradus, conditionis, & dignitatis, etiam si Episcopi, Archiepiscopi, vel maiores fuerint. Caneant præterea quicunq; ne in sacramentorum exhibitione Simoniacum aliquid faciant, alioquin grauissime puniatur per locorum ordinarios, qui huiusmodi criminis reos cum maxima seueritate coercere procurēt, iuxta Concilij Tridentini statuta. Ad abolendum vero nefarium, & execrabile blasphemię scelus, quod in antiqua lege Deus morte puniri mandat, & Imperialibus quoq; legibus receptum est, nunc autem propter nimiam Iudicum in puniendo segniciem, vel potius desuetudinē, supra modum inualuit, Leonis X. prædecessoris nostri in nouissimo Lateranens. Concilio statuta innouantes, Decernimus, vt quicunq; laicus Deum, & Dominum nostrum Iesum Christum, vel gloriosam virginem Mariam eius genitricem expresse blasphemauerit, pro prima vice pœnam viginti quinque ducatorum incurrat, pro secunda, pœna duplicabitur, pro tertia autem Centum ducatos soluet & ignominia notatus exilio mulctabitur. Qui vero plebeius fuerit, nec erit soluendo, pro prima vice manibus post tergum ligatis ante fores Ecclesię constituetur per diē integrum, pro secunda fustigabitur per Urbem, pro tertia lingua ei perforabitur, & mittetur ad triremes. Quicunque clericus in hoc blasphemię crimen incurrerit, pro prima vice fructibus vnus anni omnium, & quorumcunq; beneficiorum suorum; pro secunda, beneficijs ipsis priuetur, pro tertia omnibus etiam dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur. Quod si clericus nullum obtinuerit beneficium, pœna pecuniaria, vel corporali pro prima vice puniatur, pro secunda carceribus mancipetur, pro tertia verbaliter degradetur, & ad triremes mittatur. Qui reliquos Sanctos blasphemauerit, pro qualitate blasphemię, atq; personę, arbitrio Iudicis puniatur. Si quis crimen nefandum contra

tra naturam, propter quod ira Dei venit in filios diffidentia, sperpetra-
 nerit, Curia seculari puniendus tradatur. Et si clericus fuerit, omnibus
 ordinibus degradatus, simili poena subijciatur. Monemus praeterea om-
 nes locorum ordinarios, & in virtute sanctae obedientiae eis precipimus,
 vt statuta Tridentini Concilij contra Concubinarios tam Clericos, qua
 laicos edita districte faciant obseruari, reddituri Deo, ac nobis, si id omi-
 serint, rationem. Et vt praemissorum delictorum simoniae, blasphemiae,
 ac stupri nefandi notitia facilius habeatur, Volumus quod in singulis ca-
 sibus, non solum per accusationem, & inquisitionem, sed etiam ad sim-
 plicem, & secretam denunciationem procedatur per quoscumq; iudices,
 alias tamen de iure competentes, tam ratione delicti, quam personarum,
 ita quod inter eos locus sit praeventioni. Monemus praeterea omnes, &
 singulos, vt solum Dei timorem praeculis habentes, & non alia animi
 prava affectione ducti, culpabiles tantum deserant, innocentes non ve-
 xent. Quod si aliqui ex calumnia aliquos denunciasse comperti fuerint,
 eos ad poenitentiam teneri volumus, & mandamus. Multae autem pe-
 cuniarum applicabuntur pro duabus partibus locis, pijs arbitrio nostro
 in Vrbe, extra vero, Ordinariorum, pro tertia accuatoribus, qui delinquen-
 tes detulerint. Mandamus autem Principibus, Comitibus, & Baroni-
 bus omnibus S. R. E. feudatarijs, sub poena priuationis feudorum, quae
 ab ipsa Ecclesia Romana obtinent, reliquos vero Principes Christia-
 nos, & Terrarum Dominos, hortamur in domino, & in virtute sanctae
 obedientiae mandamus, vt pro diuini nominis reuerentia, & honore,
 praemissa omnia in suis dominijs, ac Terris exactissime seruari faciant,
 vberimam ab ipso Deo mercedem tam boni operis recepturi, Non ob-
 stantibus quibusuis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac
 exemptionibus, priuilegijs, indultis, facultatibus, & literis Apostolicis,
 quibusuis Capitulis, Conuentibus, Militijs, Ordinibus, & personis cu-
 iuscunq; qualitatis & conditionis existentibus, sub quibuscuq; teno-
 ribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatorijs derogatorijs,
 alijsq; efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs
 decretis in genere, vel in specie, etiam Motu proprio alias quomodolibet
 concessis, approbatis & innouatis, quibus, illorum tenores praesen-
 tibus pro expressis habentes, specialiter, & expresse derogamus, cate-
 risq; contrarijs quibuscuq;. Volumus autem quod praesentium tran-
 sumptis etiam impressis manu alicuius notarij publici subscriptis, &
 sigillo alicuius Praelati munitis eadem prorsus fides vbiq; adhibeatur,
 quae eisdem praesentibus adhiberetur, si forent exhibite, vel ostense.
 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae inuocationis,
 relaxationis, admonitionis, confirmationis, mandati, statuti decreti,
 ordinationis, praecipii, monitionis, voluntatis, & derogationis infringere,

gere, vel ei anſu temerariò contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſuram. Dat. Romæ apud ſanctum Petrum. Anno incarnationis Dominicæ Milieſimò quingentefimo ſexto, geſmo ſexto Kal. Aprilis. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Antonius Florebellus Lanellinus.

Viſa de Curia Io. Riuetius.

H. Cumyn.

BVLLA S. D. N. D. PII DIVINA
 prouidentia Papæ V. Super declaratione aſſignationum Vicarijs in vnione Beneficiorum facien.

PIVS EPISCOPVS, SERVVS
 ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei
 memoriã.



Ad exequendum Paſtoralis officij debitum, vigilantibus ſtudijs intendentes, ad ea, per quæ Cathedralium & Collegiatarum, aliarum ve Eccleſiarum, necnon Monasteriorum, Beneficiorum ſeu Collegiorum, ac aliorum piorum locorum proſpero proſectu, diuiniq; cultus augmento, & opportuna congruaq; ſubſtentioni parochialium eccleſiarum eiſdem vnitarij ſtatu feliciter dirigendo, & perſonarum in illis curam animarum exercitientium vtilitati recta ratione & prouida moderatione conſulis, & ſalubriter prouideri valeat, libenter interponimus noſtra ſollicitudinis partes. Hinc eſt quod nos, ad quorum aures (quod non ſine animi noſtri moleſtia referimus) peruenit nonnullos ex venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & Episcopis in aſſignatione portionum Vicarijs perpetuis parochialium dictis eccleſijs, Monasterijs, Beneficijs, Collegijs, vel locis pijs perpetuo vnitarij ex Concilio Tridentino faciendã, ita modum exceſſit, vt parum, aut nihil

nihil ex fructibus, redditibus, & prouentibus parochialium ecclesiarum sic vnitarum Ecclesijs, Monasterijs, Beneficijs, Collegijs, alijs vel locis pijs remanserit, ob idq; multæ ortę sint super hoc controuersia circa interpretationes Decreti dicti Concilij. Nos ad eas tollendas animum intendentes, considerantesq; vniones ipsas ideo a prædecessoribus nostris factas esse, vt ex redditibus, & emolumentis Beneficiorum vnitarum Ecclesijs, Monasterijs, Collegijs, Beneficijs, & locis pijs, quibus illa vniuntur, facilius onera eisdem incumbētia supportentur, & promptius a Ministris ecclesiasticis in eisdem diuina officia celebrentur, Hospitalitas seruetur, aliaq; charitatis opera exerceantur, ac etiam vt nihilominus cura animarum dictarum parochialium laudabiliter exerceatur: Motu proprio, & ex certa nostra scientia auctoritate Apostolica hac nostra perpetuo valitura constitutione statuimus, & ordinamus, ac declaramus, quemadmodum etiam de ipsius Concilij mente fuisse colligimus, Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos præfatos in assignatione portionis ipsis Vicarijs perpetuis ex prædicto Concilio ipsorum Prælatorum arbitrio faciēdo ita se continere & arbitrari debere, vt nō maior centum, nec minor Quinquaginta scutorum annuorum summa computatis omnia etiam incertis emolumentis, & alijs obventionibus communiter percipi solitis eis omnino assignetur: nisi Vicarijs temporarijs solitum fuisset plus assignari siue in quantitate, aut quota fructuū, pecuniaq; numerata fundo, seu alia re stabili portio huiusmodi constitutatur, cuiuscunq; valoris Parochialis Ecclesia vnita fuerit, & habitata etiam ratione reddituum, & onerum loci, cui parochialis ipsa vnita fuerit, ita quod portiones vltra, vel infra dictas summas scutorum centum, & scutorum quinquaginta hactenus assignatæ, vel in posterum forsitan assignandæ quoad excessum, & defectum huiusmodi nullius roboris, & momenti exstant, & ad summas prædictas reductæ, & auctæ respectiue censeantur, nisi tamen valor annuus ipsius parochialis vnitæ habitata ratione (vt præfertur) minor sit quinquaginta scutis, quo casu portio assignata, vel assignanda Vicario perpetuo non debeat excedere summam annuam valoris dictæ parochialis, sed sufficiat quod omnes fructus eius duntaxat attribuantur ipsi Vicario perpetuo. Et quoniam iniquum est, eos qui commodis priuantur, eadem onera quę prius sustinebant debere sufferre: Volumus, & statuimus, quod Ecclesie, Monasteria, Collegia, Beneficia, & pia loca huiusmodi, in quorum parochialibus ecclesijs vnitis continget Vicarias prædictas erigi pro quantitatibus fructuū ipsis Vicarijs perpetuis assignatorum ad solutionem Quindenniorum, quam nobis, & Camera Apostolica soluunt, vltterius non teneantur, sed eis detractio fiat ad ratam certorum quę de fructibus dictarum parochialium percipiuntur. Ita tamen quod Vicarij perpetui, qui pro tempore

deputabuntur, teneantur accipere a sede Apostolica in provisionem
suae deputationis, & soluere Annatam pro portione fructuum, reddi-
tuum; & proventuum certorum sibi assignata, & expedire literas Apo-
stolicas, nec alias ad possessionem dictarum Vicariatum perpetuum,
& seruitium earundem parochialium admitti possint, nisi soluta annata,
& expeditis literis Apostolicis nova provisionis, ut praefertur. Alioquin
integrum quinquennium solui debere; nec Vicarij praedicti antea tuto con-
scientia fructus percipere possint. Volumus insuper & ita mandamus,
quod dicti Vicarij perpetui non ad liberam ordinariorum electionem,
sed ad nominationem illorum, in quorum ecclesijs unitis ponentur, cum
ipforum ordinariorum, seu eorum Vicariorum praevio examine appro-
batione deputentur. Et si dictae parochiales unitae erunt Monasterijs Re-
gularium Mendicantium, possint a superioribus dictorum Monasterio-
rum nominari ex ipsis Mendicantibus, quos si Ordinarij praevio exami-
ne per se, aut eorum Vicarios, faciendo idoneos ad curam animarum
exercendam inuenerint, & ita pro idoneis approbauerint, teneantur in
Vicarios (ad nutum tamen superiorum suorum amovibiles) deputare.
Idemque etiam servetur in Regularibus Monachis tantum, dummodo in
ea parochiali, in qua vnus ex eis Monachis fuerit, servata forma praedi-
cta, Vicarius deputatus, habitent cum eo saltem quatuor alij ex dictis
Monachis. Sicque per quoscunque iudices quavis auctoritate fungentes,
sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi
potestate, iudicari, & interpretari debere; Necnon irritum, & inane de-
cernimus quicquid secus a quoquam quavis auctoritate attentatum for-
san est hactenus, vel in posterum contigerit attentari. Non obstantibus
constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs
quibuscunque. Volumus autem quod praesentes literae in Cancellaria no-
stra Apostolica, & ad valvas principis apostolorum de Vrbe de more pu-
blicentur, & inter constitutiones perpetuo valueras describantur. Et
quia difficile foret eas ad singula quaeque loca deferri, quod earum Tran-
sumptis etiam impressis manu alicuius Notarij subscriptis, & sigillo ali-
cuius Praelati munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae praesentibus
adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa. Nulli ergo omnino homi-
num liceat hanc paginam nostrae ordinationis, declarationis statuti, man-
data, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire.
Siquis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipoten-
tis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius se noverit incur-
surum. Datum Romae apud sanctum Petrum Anno incarnationis Do-
minicae Millesimo quingentesimo sexagesimo, septimo, Kal. Nouembris
Pontificatus nostri anno secundo.

Ca. Glorierius,

H. Cumyn.

Anno

Anno a Natiuitate Domini nostri Iesu Christi Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo, indictione decima, die vero decima quinta menſis Nouembris Pont. Sanctiſſ. in Chriſto patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Pape quanti anno eius ſecundo, Retroſcriptę literę Apoſtolice affixę, & publicatę fuerunt ad, valuas principis Apoſtolorum de Vrbe, & Cancellarię Apoſtolice ibidem dimiſſis copijs affixis per nos Io. Andream Rogerium, & Antonium Clerici Curſores Apoſtolicos.

Ioannes Guerardi Magiſter Curſ.

Regiſtrata apud Cęſarem Secretarium.

BREVE S. D. N. PII PAPAE V.

Super Societate nominis Dei, ſeu iuramentorum.

PIVS PAPA V. Ad perpetuam rei memoriam.

DECET Romanum Pontificem equi, & boni ſupremum aſſertorem ita cuncta prouido ſuo iudicio diſcutere, vt & ſcandalis quibuslibet obuietur, & ea quę in diuini nominis gloriam ſunt ſtabilita, votiuum ſuſcipiant incrementum. Accepimus ſane nuper, quod licet ſocietas nominis Dei, ſue iuramentorum originem, & ortum habuerit ab ordine Prędicatorum eo quod ab eiusdem ordinis profeſſoribus fuerit inſtituta & aucta, necnon interuentu dilectorum filiorum fratrum dicti ordinis multę indulgentię, alięq; priuilegia, & fauores dictę ſocietati ab Apoſtolica Sede fuerunt conceſſa, tamen multi Clerici, & Parochi in ſuis Eccleſijs dictam ſocietatem erigere ſtudent, ita vt aliquando ſint plures in eadem ciuitate ſocietates, ſeu Cõfraternitates dictę inuocationis nominis Dei, ſeu iuramentorum in diminutionem obſeruantię, & deuotionis, quę ex frequentia conuenientium oriri ſolet, & non ſine aliqua confuſione, quę ob præſatam cauſam in die Circumciſionis Domini quando feſtum prædictę Societatis, ſeu Cõfraternitatis celebrari debet, accedere conſueuit. Nos in præmiſſis pro noſtri Paſtoralis officij debito oportune prouidere volentes, Motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatę petitionis inſtantiam, ſed ex mera deliberatione, & certa ſcientia no-

Iuris, ac de Apostolica potestatis plenitudine, Quod in ciuitatibus, oppi-
 didis, & locis totius orbis Christiani, in quibus fuerint Ecclesie ordinis
 predicatorum, ibi tantum, vel in huiusmodi Ciuitatibus, oppidis, &
 locis, & in dictis Ecclesijs predicatorum dumtaxat, dicta Societas, seu
 Confraternitas huiusmodi instituat in Ciuitatibus oppidis, aut locis,
 in quibus non fuerit dicti ordinis domus, aut in finitimis Ecclesijs absq;
 licentia Prioris Prouincialis, seu Conuentualis dicti ordinis, in cuius
 districtu sita fuerit Ecclesia, in qua dicta Confraternitas, seu Societas est,
 vel erit erigenda. Quod si secus factum fuerit, confratres taliter admissi
 dictae Confraternitatis, seu Societatis indulgentias non consequantur,
 nec fauoribus, aut priuilegijs gaudeant, quae confratribus legitime ad-
 scriptis per sedem praefatam conceduntur, apostolica auctoritate, tenore
 praesentium perpetuo statuimus & ordinamus, ac etiam districtius in-
 hibemus, sicq; volumus, & praecipimus. Et nihil ominus dilectis filijs con-
 seruatoribus dicti ordinis per praesentes Motu simili mandamus, vt con-
 tradictores, seu attentantes auctoritate nostra prohibeant, ac etiam per
 censuras ecclesiasticas aliasq; penas etiam pecuniarias, ac cetera iuris,
 & facti remedia opportuna, appellatione postposita compescant, & reprimant,
 super quibus illis facultatem, potestatem, & auctoritatem eisdem
 auctoritate, & tenore concedimus, & impartimur. Decernentes praesentes
 literas de surreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostrae,
 vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari, seu alias quomodo-
 libet infringi, vel retractari nullatenus vnquam posse, sed eas semper
 validas, & efficaces existere, suosque plenarios effectus sortiri, & obti-
 nere, necnon ab omnibus quos ille concernunt inuolabiliter perpetuo
 obseruari, sicque in praemissis ab omnibus cenferi, & ita per quoscun-
 que Iudices, & Commissarios, etiam S. R. E. Cardinales, ac Palatii
 nostri Apostolici causarum Auditores, sublata eis & eorum cuilibet qua-
 uis aliter Iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari,
 & definiri debere, Irritu quoq; & inane si secus super his a quoquam qua-
 uis auctoritate scienter, vel ignoranter contigeri attentari. Non obstar-
 tibus praemissis, ac se. re. Bonifacij Papae viij. praedecessoris nostri de
 vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo non vltra tres
 ad iudicium vigore praesentium non trahatur, & alijs Apostolicis consti-
 tutionibus & ordinationibus, necnon dicti ordinis etiam iuramento,
 confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, &
 consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis apostolicis sub
 quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogato-
 riarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, etiam
 motu, & scientia similibus etiam consistorialiter, ac alias in contrarium
 quomodolibet concessis approbatis & innouatis, quibus omnibus etiam

fi de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica indiuidua, & expressa mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata infererentur presentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque, Aut si aliquibus communiter, vel diuina a prædicta sit se de indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Cæterum quia difficile foret presentes literas ad singula quaque loca vbi necessarium fuerit deferre, volumus quod illarum transumptis manu alicuius notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ presentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die vigesimo primo Iunii, Pontificatus nostri Anno sexto.

B. Melchiorius.

B. de Castro.

BVLLA F. E. R. E. P. I. I. P. A. P. A. E. I. I. I.
 qua multæ Indulgentiæ, & priuilegia conceduntur **S O D A L I T A T I**
 nominis **D E I.**



P I V S Episcopus Seruus Seruorum Die vniuersis Christi fidelibus, presentes litteras inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Saluatoris, & Domini nostri **I E S V C R I S T I D E I P A T R I S** Vnigeniti, qui pro redemptione generis humani de summo Cælorum folio ad huius mundi infima descendere, & carnem nostram ex vtero virgineo assumere, ac post peractum ad nostram instructionem huius vitæ cursum, in ara Crucis pretium exoluere dignatus est, vices licet immeriti gerentes in terris, gregemq. Dominicum nostræ curæ diuinitus commissum ad vitam lucis æternæ perducere cupientes, iuxta creditum nobis.

nobis Apostolicae seruitutis officium, fideles cunctos quorum merita pro demeritis penitus sunt imparia ad mala euitanda, ueraque & solida bona amplectenda, ac altissimi uiam ingrediendum, spiritualibus muneribus, Indulgentijs uidelicet, & peccatorum remissionibus, frequenter inuitamus, ut fideles ipsi per deuotionis sinceritatem, & bonorum operum exercitium, abolita suorum delictorum macula, Diuinae gratiae promerendae reddantur aptiores. Cum itaque, sicut accepimus, dudum dilectus filius Didacus de Victoria, Frater conuentus Sancti Pauli Burgen. Ordinis fratrum Praedicatorum, egregius uerbi Dei praedicator, Zelo Diuini nominis permotus ad cauendos Iuramentorum, & blasphemiarum abusus unam saluberrimam Confraternitatem sub uocabulo nominis Dei institui curauerit, cuius confratrum partes potissimum essent, certa etiam regula super hoc composita omni diligentia caueri, ne uel ipsi, uel alij coram ipsis aliquo modo, nisi ob causam grauissimam, iurarent, & contrafacientes modestè admonerent. Et quia Confraternitate in diuersis Ciuitatibus, & Oppidis Hispaniarum rite instituta, & recepta, quamplurimi Christi fideles se illi conscribi fecerint, quorum opera, & studio blasphemiae, atque periuriae, & alias illi cita iuramenta prohibeantur. Cumque eiusdem Confraternitatis salutaris fructus ubique sit manifestus, Venerabiles fratres Episcopi partium illarum, eam, quibus possunt, fauoribus promoueant. Nos, ut dicta Confraternitas in maiori semper reuerentia habeatur, & Christi fideles eò libentius illam ingrediantur, quò ipsa amplioribus decorata spiritualium gratiarum donis, & Apostolicis fuerit suffulta priuilegijs, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, auctoritate confisi, omnibus, & singulis dictae Confraternitatis, ubiuis terrarum, & locorum, nunc, & pro tempore diffusa, & ubiuisque sexus Confratribus in illa nunc, & pro tempore descriptis, ubilibet constitutis, siue sub eiusdem Confraternitatis regula prius edita, siue sub alia simili comprehendantur, qui uere poenitentes, & confessi die festo Circumcisionis I. N. IESU CHRISTI, annis singulis, in perpetuum, sacrosanctum Eucharistiae sacramentum susceperint, & solemnitati per ipsam Confraternitatem dicto die festo ubiuis locorum, pro tempore, celebrari solitae in toto, uel in parte interfuerint, quoties id egerint, toties pro quolibet die festo huiusmodi plenariam omnium, & singulorum, ac quorumcunque peccatorum suorum Indulgentiam, remissionem, & absolutionem, prout in anno Iubile Ecclesiae almae Urbis, & extra illius muros ad id deputatas uisitantibus concedi solet, auctoritate Apostolica tenore praesentium, concedimus, & elargimur. Illis uero dictae Confraternitatis Confratribus, qui quolibet prima die Dominica cuiusque mensis totius anni, similiter in per-

petuum

perpetuum, ad Missam, quam ipsi Confratres audire tenentur, audiendam
 conuenerint, quotiescunque id egerint, decem annos, qui vero teme-
 re iurantem, aut alias Diuinum nomen blasphemantem, modestè, &
 charitatiuè, quandocunque admonuerint, pro qualibet vice centum
 dies, & cuiuscunque verbi Dei prædicatori seculari, vel cuiusuis ordinis
 regulari, qui Christi fideles, ut à Iuramentorum abusibus caueant, &
 hanc dictæ Confraternitatis regulam amplectantur, hortatus fuerit, de-
 cem annos, de iniunctis sibi pœnitentijs in forma Ecclesiæ consueta, mi-
 sericorditer in Domino relaxamus. Et vt ipsi Confratres dictæ Indul-
 gentiæ plenariæ Deo propitio facilius efficiantur participes, illis, & eo-
 rum singulis, Indulgentiam huiusmodi consequi volentibus, vt dictæ
 die festo Circumcisionis occurrente, quoscunque sibi bene visos ido-
 neos Presbyteros seculares, uel cuiusuis ordinis regulares, per Ordi-
 narium loci approbandos, in suos possint eligere Confessores, qui con-
 fessionibus ipsorum diligenter auditis, eos, & eorum quemlibet, ab om-
 ni, & quacunque excommunicationis, etiam maioris, & ab omnibus,
 & quibusuis alijs Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure,
 uel ab homine, aut mixtim, quauis occasione, uel causalatis, saluo ta-
 men iure tertij, necnon ab omnibus, & singulis eorum peccatis, crimi-
 nibus, excessibus, & delictis, quantumcunque grauibus, & enormi-
 bus, etiam locorum Ordinarijs, ac Sedi Apostolicæ reservatis, præter
 quam in Bulla Die Cœnæ Domini legi consueta contentis, auctoritate
 Apostolica absoluerit, eisq. pro commissis pœnitentiam salutarem ini-
 iungere, ac uota quęcunque (Hierosolymitano, uisitacionis liminum
 beatorum Apostolorum Petri, & Pauli prædicatorum de Urbe, ac Ia-
 cobi in Compostella, necnon Castitatis, & Religionis uotis dumtaxat
 exceptis) in alia pietatis opera commutare ualeant, similiter auctori-
 te, & tenore præmissis perpetuo concedimus, & indulgemus. Man-
 dantes vniuersis, & singulis Venerabilibus Fratribus nostris, Patriar-
 chis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filijs cæteris Ecclesiarû
 Prælati, & locorum Ordinarijs, uelilibet constitutis, eorumque gene-
 ralibus in spiritalibus Vicarijs, & Officialibus, quod ubi & quando
 opus fuerit, ac quoties pro Confratrum prædictorum parte, fuerint re-
 quisi, eidem Confraternitati prædictæ pro posse faueant, fauorabili-
 ter assistant, & illam promouere procurent. Præsentibus, quas nus-
 quam etiam per nos, aut alios Rom. Pont. successores nostros, uel
 Sedem præfatam, aut alios quoscunque quomodolibet reuocari, suspen-
 di, limitari, reduci, modificari, aut eis in aliquo derogari posse, neque
 sub quibusuis illarum, aut similibus, uel dissimilibus, Indulgentiarum
 & gratiarum reuocationibus, suspensionibus, alterationibus, modifica-
 tionibus, limitationibus, & derogationibus, aut alijs contrarijs dispo-
 sitionibus

fictionibus, in genere, uel specie, per nos, uel successores nostros, aut Sedem prefatos, seu quosuis alios, & ex quibuscunque etiam urgentissimis, & necessarijs causis, etiam pro fabrica Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, Cruciatâ sancta, uel expeditione contra infideles etiam ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, Principum, uel aliorum instantiam, seu eorum contemplatione, uel etiam Motu Proprio, & ex certa scientia, ac alijs quomodolibet canonice, uel de facto nunc, & pro tempore, impositis, & factis, vllatenus vnquam comprehensas, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & ualidissimum statum restitutas, & de nouo concessas fore, ac censerî decernimus perpetuis futuris temporibus duraturas. Volumus autem, quòd si aliqua alta Indulgentia fuerit per nos in aliquo loco eidem Confraternitati concessa, presentes quò ad locum huiusmodi nullæ sint. Dat. Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Domini Milleesimo, Quingentesimo, Sexagesimo Quarto, Id. Aprilis. Pontificatus nostri anno Quinto.

REGVLA SODALITATIS NOMINIS Dei, seu iuramentorum, & Bulla PII IIII.

Pont. Max. cum Indulgentijs eidem
Sodalitati concessis.

Hæc sunt præcipua capita Sodalitatis Nominis Dei, seu iuramentorum, quæ ad cauendam blasphemiarum, & periuriorum prauitatem, aliosq. temere iurantium abusus, à quibusdam religiosi Ordinis Prædicatorum instituta sunt, cui Pius Fe. Re. Papa IIII, multas Indulgentias, aliaq. Priuilegia concessit, quorum exemplaria ad veritatē excussa cum his tradunt.



PRIMO Vnusquisque eorum, qui huic Confraternitati adscribuntur, summo studio, omniq. circumspectione cauere debet, ne gloriosum Dei nomen, aut Sanctorem in vanum assumat, & ut id securius assequatur, attendere ne vnquam iuret omnino, nisi aut iusta necessitas, aut fraterna charitas, aut superioris auctoritas exigat, iuxta illud, Nolite iurare omnino,

omnino, & sit fermo uester, est, est, non, non. Quòd si aliquando absque huiusmodi causa iurare contingat, à se ipso pœnas exigit, uel elargiendo Eleemosynam, uel dicendo orationem Dominicam, aut salutationem Angelicam, ut hoc ueluti freno in posterum cohibeatur. Si quis uero eorum sanctum Dei nomen blasphemauerit, aut Beatissimæ Virginis, aliorumue sanctorum, solent huius regulæ confratres Ecclesia in eo Die, si commode possint, adire, & flexis genibus, & procumbentes veniam petere, dicentes ter Dominicam orationem cum saluatione Angelica, & inferentes aliquam Eleemosynam in locum ad hoc deputatum.

SECUNDO Si aliqui horum confratrum sunt Patres familias, filijs, atq; domesticis serio præcipiant, ne nomen Domini indigne ab eis assumatur, & quos intellexerint in hoc deficere paterne admoneant, & corrigant, ut tandem à proprijs ædibus detestabile hoc vitium eliminetur.

TERTIO Si quando extraneos, aut blasphemantes, aut temere iurantes audierint, quando secundum prudentiam uile futurum existimabunt, debent modestè, ac benignè eos admonere, quoties eius rei necessitas fuerit, ut semper inter eos sit, qui pro Dei nomine emulari uideatur.

QUARTO Huius Societatis confratres in die Circumcisionis Domini solent & sua peccata confiteri, & sacram Eucharistiam percipere, & festum gloriosi nominis IESV, quanta possunt solemnitate, celebrare. In qualibet autem prima Dominica cuiuslibet mensis solent etiam ad Ecclesiam ab eis electam accedere, & ante Missarum maiorum solemniam priuatam Missam in communi audire, & priuatas Eleemosynas in vnum conferre, pro ut cuiq; placuerit.

QUINTO Communi horum confratrum, qui in aliqua Ciuitate conscribuntur, assensu diliguntur duo viri probati, qui huic Societati præfint, & assignantur eis alij tres, aut quatuor Consiliarij, ut ea, quæ pertinent ad conseruationem, & promotionem huius Societatis in communi decernant, & singulis annis ab illis, qui præcesserunt, designantur, quorum est officium curare, ut hæ Missæ priuatæ singulis mensibus non omittantur, & festum Dominici nominis solemnius peragatur, alter etiam præpositus clauem unam, & unus Consiliariorum clauem alteram secum gerit illius capsulæ in quam eiusmodi eleemosynæ, & iurantium pœnæ inferuntur, ut tertio quoque mense in communi oblatam pecuniam effundant, & acceptam scripto referant, & eorum arbitrio expendatur, & pro stipendijs sacerdotum celebrantium, & pro alijs necessitatibus subleuandis, maxime eorum, qui huic regulæ sunt adscripti.

PRAETER; hæc autem capita, quæ præcipua sunt, & omnibus uidentur posse conuenire, pro Regionum diuersitate poterunt alia su-

peraddi, maxime accedente Reuerendissimorum Episcoporum auctoritate, quos huius regulæ socij, ut singulares patronos, ac protectores, habere desiderant.

BREVE QVO S. D. N. PIVS PAPA V.

hortatur locorum ordinarios vt in suis Ciuitatibus & diœc. Ecclesias seu loca alia in quibus pueri in Doctrina christiana erudiri debeant, deputent: cum facultate Christifidelium Confraternitates in Ecclesiis seu locis huiusmodi erigendi, ac indulgentia pro Confratribus, & pueros docentibus.

PIVS PAPA V. Ad perpetuam rei memoriam.



EX debito pastoralis officij nobis meritis licet imparibus ex alto commissi ad ea libenter intendimus, per quæ diuinus cultus fideliumque deuotio vbique suscipiat incrementum, ac ipsos fideles ad id indulgentijs & remissionibus inuuiamus, vt Christi fideles ipsi per temporalia quæ egerint consequi valeant præmia felicitatis æternæ. Nos igitur attendentes quod infantes & pueri bonis moribus & exercitijs educati quasi semper vitam pudicam honestam & exemplarem ac aliquando sanctam agunt, e conuerso autem qui parentum carentia, seu paupertate aut incuria vel ignauia non sic educati per læpe ducuntur in exitium, & quod peius est, secum ducunt plures in interitum, Vnde si diligenter educati, & in doctrina Christiana instructi fuerint, à vitijs & multis alijs erroribus retraherentur: Considerantes etiam, prout ex fide dignis reatibus intelleximus, quod nonnulli approbata vitæ Christi fideles charitate omnium suprema virtute circa hoc tam pium, tamque reipublicæ saluberrimum opus accesserint in singulis festiuitatibus & Dominicis diebus in diuersis ecclesijs & locis hoc opus sanctissimum amplexi sunt, & ibi eosdem infantes & pueros ac alias miserabiles personas Christianæ veritatis ignaras congregari faciunt, & eos bonis moribus & sana doctrina, instruunt, ac diligenter in via mandatorum Domini dirigunt, ex quo salutiferi fructus

ctus hactenus prouenerunt, & in dies magis auxiliante Domino proue-
 nire speramus: Et quod si ad hoc opus sanctissimum ubique locorum
 exercendum præfatos Christifideles paternis fauoribus, & indulgentia-
 rum muneribus inuitaremus, procul dubio non solum eorundem infan-
 tium & puerorum ac personarum aliarum salutis consulereetur, verum
 etiam deuotio Christifidelium omnium ad præfatum opus amplectendū
 multo magis aueretur: Cispientes igitur tam pio tamque laudabili ope-
 ri viribus totis fauere, & animas lucrifacere creatori, ex certa nostra
 sciētia vniuersos & singulos Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos,
 ceterosque ecclesiarum Prælatos, & locum quorumcunq; Ordinarios,
 vbilibet constitutos præfentes & futuros rogamus & hortamur attente,
 eis ac eorum in spiritualibus & temporalibus Vicarijs seu Officialibus
 generalibus per Apostolica scripta mandantes quatenus hoc opus san-
 ctissimum toto pectore amplectentes aliquas ecclesias in suis ciuitatibus
 & diocesisbus respectiue, seu loca honesta, in quibus præfati infantes &
 pueri ad audiendum doctrinam Christianam conuenire possint, depu-
 tent, & viros ad id idoneos vita & moribus approbatos, qui diebus sal-
 tem Dominicis eisdem infantes & pueros ac alias personas diuinę legis
 expertes in articulis fidei, & præceptis sanctę matris Ecclesię instruant,
 confirmet & eligant, atque tot Societates, seu Confraternitates quot
 ad hoc tam sanctissimum opus exercendum eis opportuna videbuntur,
 vniubi auctoritate nostra erigant & instituant. Nos enim vt promptius &
 efficacius ad hanc curam subeundam omnes Christifideles alliciantur, &
 eo libentius curam ipsam suscipiant, quo ex hoc dono celestis gratiæ
 conspexerint se vberius refectos, De omnipotentis Dei misericordia,
 ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, Omni-
 bus, & singulis vtriusq; sexus Christifidelibus vere pœnitentibus & con-
 fessis, seu statantis a iure temporibus firmum confitendi propositum ha-
 bentibus, qui in aliqua dictarum Societatum seu Confraternitatum vbi-
 libet constitutarum intrauerint, & a scripti fuerint, illis videlicet tā qui
 alios docuerint, quam qui ab alijs in articulis fidei & præceptis ecclesię
 huiusmodi instructi fuerint, quotiescunq; in præfato sanctissimo exer-
 citio se occupauerint, quadraginta dies de iniunctis eis pœnitentię au-
 ctoritate Apostolica tenore præsentium misericorditer in domino rela-
 xamus, præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Ceterum
 quia difficile foret præfentes literas ad singula quæque loca, in quibus de
 eis fides forsā faciēda foret, deferri, volumus quod ipsarum transum-
 ptismanu publici Notarij subscriptis, & sigillo alicuius personę in digni-
 tate ecclesiasticæ constitutę munitis, in iudicio, & extra vbi opus fuerit
 eade m prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent
 exhibitæ vel ostensę. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo

piscatoris, Die vi. Octobris, Millesimo quingentesimo septuagesimo secundo. Pontificatus nostri anno sexto.

Ca. Glorierius.

BVLLA S. D. N. D. PII DIVINA
 prouidentia Papæ V. Relaxationis prohibi-
 tionis de non admittendis Resignationibus
 per Ordinarios, cum modificationibus.

PIVS EPISCOPVS, SERVVS
 seruorum Dei, Ad perpetuam rei
 memoriam.



VANTA Ecclesiæ Dei incommoda omni tempore attulerit, & nunc quotidie magis afferat ministrorum in eam ingressio vitiosa, iam late perspiciant, & cum moerore expendant Præsules omnes & pastores, quando hæc perniciet cæterarum omnium maxima, tam multas orbis Ecclesias impie violarit. Quia vero hoc malum cum in cæteris frequens, tum maximè, in Beneficiorum, & Officiorum ecclesiasticorum dimissione admittitur, nemini molestum esse debet, quod pridem de reprimendis quotidianis fraudibus quæ hæc in re frequentiores internoscuntur, certam aliquam rationem tandem, in iuri officij nostri partes in prohibenda omnibus interim resignationum huiusmodi receptione paulo seuerius interposuerimus, omnesq; beneficiorum interim resignandorum dispositiones quæ ferent, irritum reuocauerimus, ac etiam decreuerimus nullam per eas in illis ius, neq; titulum: vel coloratum tam in petitorio, quam in possessorio ipsis prouisis tribuere, quin etiam eos ad illa deinceps obtinenda perpetuo inhabiles fore: Collatores vero alias in illorum dispositione etiam tanquam deuolutionis iure sese interponere non posse, sed de eis ut vere vacantibus, siue per Romanum Pontificem, siue alios collatorum eorundem superiores, uti præuentum esset, libere prouideri. Nuncautem intendentes institutum hoc nostrum, quo sanctuarium Domini cupimus illibatum auctore Domino persequi, ac simul quantum in nobis est cauere, ne resignationes ipse de hinc procur-

iusq;

iusq; arbitrio, nulliq; vel certe leuibus causis passim, & temere admit-
tantur, Prohibitionem, & alia prædicta ac cætera omnia nostris super
his literis contenta eatenus relaxamus, vt posthac Episcopi, & alij sa-
cultatem habentes eorum diutaxat resignationes recipere, & admitte-
re possint, qui aut senio confecti, aut valeudinarij, aut corpore impe-
dit, vel vitiati, aut crimini obnoxij, censurisq; ecclesiasticis irretiti,
aut nequeunt, aut non debent ecclesiæ, vel beneficio inferuire, seu
qui vnum aliud vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud conti-
gerit promoueri, Religionem quoq; ingressuri, vel matrimonium con-
tracturi, si statim postea id re ipsa exquantur: deniq; cum quis ex alijs
casibus acciderit, qui constitutione felicitis recordationis Innocentij Pa-
pæ iij de dimittendis cathedralibus Ecclesijs, edita continentur, Qui
etiam ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco bene-
ficij residere securi, Sed nec hominum vllus facto ordini mancipatus, nisi
religionem ingressurus, valeat vlllo modo beneficium, vel officium ec-
clesiasticum resignare, nisi aliunde ei sit que in vita possit commode su-
stentari, Ad hæc beneficiorum, & officiorum permutationes admittere,
quæ canonicis sanctionibus, & apostolicis constitutionibus permittuntur,
Caueant autem Episcopi, & alij prædicti, itemq; omnes electores,
præsentratores, & patroni tam Ecclesiastici, quam laici quicunque sint,
ne verbo quidem, aut nutu, vel signo futuri in huiusmodi beneficijs, &
officijs successores, ab ipsis resignantibus, aut alijs eorum significatio-
ne, vel hortatu designentur, aut de his assumendis promissio inter eos,
vel etiam intentio qualiscunq; intercedat. Cæterum præcipimus, atq; in-
terdicimus, ne ipsi Episcopi, aut alij collatores de Beneficijs, & Offi-
cijs resignandis prædictis, aut admittentium consanguineis affinibus, uel
familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extra-
neos collationum, audeant prouidere, quod si fecerint, ac etiam quicquid
præter, vel contra formam prædictorum fuerit à quocunq; temere atten-
tatum, id totum ex nunc vires, & effectum decernimus non habere. Qui
vero contrafecerint, vt in eo quo deliquerint puniantur, à beneficiorum
& Officiorum collatione, nec non electione, præsentatione, confirmatio-
ne, & institutione prout cuiq; competierit, tandiu suspensi remaneant,
donec remissionem à Romano Pontifice meruerint obtinere, & qui ta-
lia Beneficia, seu Officia receperint, eos prædictis pœnis volumus subia-
cere. Et nihilominus in eos, qui sic suspensi conferre, eligere, præsentare,
confirmare, vel instituire ausi fuerint, excommunicationis quo ad
personas, quo vero ad capitula, & conuentus a diuinis suspensionis sen-
tentias ipso facto promulgamus: quibus etiam nullus alius quam ipse
Romanus Pontifex, siue absolutionis, siue relaxationis gratiam (exce-
pto mortis articulo) valeat impartiri. Prohibitionem, & literis nostris
prædictis.

prædictis nihilominus in cæteris omnibus perpetuo valituris. Non obstantibus quibuscunq; priuilegijs, indulgentijs, & literis Apostolicis generalibus, & specialibus quibuscunq; Episcopis & alijs superioribus, ac inferioribus ecclesiarum prælatis, necnon Ecclesijs Monasterijs, Capitulis, Congregantibus, Collegijs, & Vniuersitatibus, eorumque, & alijs personis etiam Regia & Imperiali maiestate præditis sub quacunq; verborum forma, & conceptione concessis, per quæ effectus præsentium impediri posset quomodocunq; vel differri, etiam si de eis ipsorumque totis tenoribus ad verbum, ac de proprijs nominibus eorum, necnon Ecclesijs, Monasterijs, locis, ordinibus, & dignitatibus quibus necnon causis propter quas illas concessa sunt, specialem & expressam præsentibus fieri oporteret mentionem. Cæterum iubemus easdem præsentibus ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie campi Floræ publicari, & earum exempla affigi volumusque eas sic publicatas omnes & singulos perinde afficere, & obligare, ac si illis ipsis fuissent singulariter intimata: Exemplis quoque prædictis etiam impressis, manuque Notarij publici, & sigillo prælati ecclesiastici, vel eius curiæ ob signatis, eandem prorsus fidem adhiberi, quæ ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensa. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre relaxationis, præcepti, interdicti, decreti, promulgationis iussionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ Millesimo, quingentesimo sexagesimo octauo, Kal. Aprilis, Pont. nostri anno tertio.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Anno a Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, iudictione vndecima, die vero decima mensis Aprilis, Pontificatus sanctiss. in Christo patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ quinti, anno tertio, retrospectæ literæ apostolicæ, affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie campi Floræ dimissis ibidem eorundem exemplis affixis per nos Iulium Parinum, & Ioannem Andream Panizzam prælibati Sanctiss. D. N. Papæ Cur.

Bartholomæus Sottocasa Mag. Cur.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

CON-

CONSTITVTIO S. D. N. D. PII
 diuina prouidentia Papæ V. per domi-
 nos Medicos obseruanda.

PIVS PAPA V. Ad perpetuam rei memoriam.

SVPRA Gregem Dominicum nostræ uigilantiæ diuinitus
 creditum uigilis speculatoris, prout nobis desuper con-
 ceditur, exercentes officium, ad ea per quæ Animarum sa-
 luti cum diuini nominis gloria consuli ualeat, libenter in-
 tēdimus ut Christifideles post Baptismum in peccata lapsi,
 per sacramentum pœnitentiæ Deo reconcilientur. Sane cum infirmitas
 corporalis nonnunquam ex peccati proueniat, dicente domino languis-
 do, quem sanauerat: Vade noli amplius peccare, ne quid deterius tibi
 contingat. ac propterea prouide fel. rec. Innocentius iij. prædecessor no-
 ster Medicis præcepit, ut cum eos ad ægrotos uocari contigerit, ipsos
 ante omnia moneant, ut animarum Medicos uocent, ne cum eis hoc in
 extrema ægritudine constituti suadetur, in desperationis articulum in-
 cidant. Nos igitur uolentes hoc tam salutare præceptum nulla temporis
 præscriptione aboleri, sed semper obseruari, constitutionem præfatam
 auctoritate apostolica tenore præsentium innouamus, & hac nostra in
 perpetuum ualitura constitutione statuimus, & decernimus, quod om-
 nes Medici cum ad infirmos in lecto iacentes uocati fuerint, ipsos ante
 omnia moneant, ut idoneo confessori omnia peccata sua iuxta ritum
 S. R. E. confiteantur, neque tertio die ulterius eos uisitent, nisi longius
 tempus infirmo confessor ob aliquam rationabilem causam, super quo
 eius conscientiam oneramus, conceaserit, & eis per fidem confessoris in-
 scriptis factam consiterit, quod infirmi ut præmittitur peccata sua con-
 fessi fuerint. Coniunctos uero, ac omnes familiares, & domesticos in-
 firmi in Domino rogamus & monemus, ut de infirmitate parochū cer-
 tiorem faciant, ac tam parochus, quam coniuncti, & familiares præfati
 iudicium ad confessionem peccatorum suadeant, & inducant. Quod si
 qui Medicorum præmissa non obseruauerint, ultra pœnas in dicta con-
 stitutione contentas, quas incurere declaramus, perpetuo sint infames,
 & gradu medicine, quo insigniti erant, omnino priuentur, & a Collegio
 seu uiuersitate Medicorum eijciantur, ac pœna etiam pecuniaria arbi-
 trario ordinariorum, ubi deliquerint, mulctentur. Et, ut hæc omnia in-
 uiolabiliter obseruentur, uolumus, & eadem auctoritate præcipimus &
 mandamus, ut nullus posthac ubiq; locorum in Medicina Doctoretur
 aut

aut ei quomodo libet medendi facultas a quouis Collegio, & vniuersitate concedatur, nisi omnia in presentia nostra constitutione contenta medio eorum iuramento coram Notario publico, & Testibus obseruare in eorum manibus vel ordinarij iurauerint, & de huiusmodi iuramento in priuilegio, seu licentia medendi specialis mentio fiat. Quod si collegia, & vniuersitates prefata non recepto a promouendis iuramento huiusmodi, eosdem ad gradum predictum promouerint, aut eisdem medendi licentiam praestiterint, poenam priuationis facultatis alios vltius doctorandi incurrant. Mandantes in virtute sanctae obedientiae omnibus & singulis venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis quatenus in Ciuitatibus, & diocesibus proprijs praesentes nostras literas publicari faciant, ac iuramentum predictum a Medicis iam promotis, seu licentiam medendi habentibus, omnibus iuris remedijs exigant, neq; aliquos ad medendum in ciuitatibus, & diocesibus predictis admittant, nisi eis constiterit eisdem iuramentum huiusmodi praestitisse, & contumaces, & iurare ac iuramentum huiusmodi iam praestitum exhibere recusantes, gradu Medicinae, & omnibus priuilegijs eisdem Medicis, tam coniunctim, quam diuisim eis, & eorum cuiuslibet concessis per quosuis etiam Romanos Pontifices priuent, ac ab ingressu Ecclesiae arceant, donec resipuerint. Non obstantibus praemissis, Priuilegijs, indultis, literis Apostolicis, quibusuis personis collegio & vniuersitati sub quibusuis verborum formis & tenoribus concessis. Quae omnia quo ad effectum validitatis constitutionis nostrae, tantum reuocamus, cassamus, & annullamus, & omnes Principes seculares ac alios Dominos, & Magistratus temporales rogamus, requirimus, & obsecramus per viscera Misericordiae Iesu Christi eisdem in remissionem peccatorum nihilominus iniungentes, quod in praemissis omnibus eisdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis assistant, & suum fauorem, & auxilium praestent, ac contra facientes penis etiam temporalibus afficiant. Volumus autem quod praesentes literae in Cancellaria, & acie Campi Florae publicentur, & inter constitutiones extrauagantes perpetuo valituras conscribantur, Et quia difficile foret praesentes ad singula quaeq; loca deferri, Volumus, & etiam declaramus, quod earum transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij subscriptis, ac sigillo alicuius Praelati munitis eadem prorsus fides vbicunq; adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur si forent exhibitae vel ostensa.

Dat. Romae apud sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, Die octauo Martij. M. D. L. X. VI. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Cz. Glorierius.

Anno

Anno a Natiuitate Domini Milleſimo quingentefimo ſexageſimo ſexto, Indictione nona, Die vero xi. Menſis Martij Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris & D. N. D. Pij diuina prouidentia Pape quinti Anno primo retroſcriptæ li teræ ſeu breue affixæ & publicatæ fuerunt in valuis Cancellariæ Apoſtolicæ, & acie campi Floræ per me Camillum Cherubinum Apoſtolicum Curſorem.

Scipio de Octauianis Magiſter Curſorum.

SANCTISS. D. N. D. PII PAPAE V.

Noua conſtitutio de confidentijs beneficiis earumque caſibus, præſumptionibus, & probationibus, Cum relaxatione cognitionis cauſarum, præterquam pendentium. Itemque futurarum de collatoribus Episcopis, & ſuperioribus, Beneficijsque conſiſtorialibus.

PIVS EPISCOPVS, SERVVS
ſeruorum Dei, ad perpetuam rei
memoriam.



INTOLERABILIS multorum peruerſitas, qui ſacroſanctas conſtitutiones nouis quotidie fraudibus eludere nituntur, ſæpe illarum authores in neceſſitatem adducit cautius prouidendi, quo pertinacium animi ab improbis conatibus grauiore ſanctione propoſita reprimantur. Bene quidem & prouidenter ſelectec. Pius Papa iiij. prædeceſſor noſter ad tollendam fiduciarie mancipationis beneficiorum eccleſiaſticorum corruptelam, itacite & decreuit, vt ipſo iure vacarent eccleſiæ, monaſteria, cæteraque beneficia eccleſiaſtica in confidentiam a quibuſcunque, etiam S. R. E. Cardinalibus cuiuſcuſque perſone contemplatione vel in ſtitu recepta, liberam illorum diſpoſitionem ſibi & apoſtolicæ ſedi reſeruando, Nec valerent ipſorum collationes, ſeu conceſſiones, nec fruſtrum, nec penſionum reſeruaciones, nec facultates illas transferendi, nec regrediendi, ſeu accedendi, & ingrediendi ad eccleſias monaſteria,

& beneficia supradicta, nila quere recipientes; fructus, pensiones, & alias res eorundem indebite perciperent. Prohibens quibuscumque etiam sub celsuris ecclesiasticis, ne quid huiusmodi amplius auderent. Ac etiam decreuit omnes & quascunq; provisiones, praefectiones, collationes, commendas, & alias dispositiones de ecclesijs, monasterijs, & Beneficijs, nec non reservationes fructuum, pensionum, rerum, & iurium, ac etiam transferendi, regrediendi, accedendi, & ingrediendi, aliasq; facultates, siue per se, siue futuros Romanos Pontifices, etiam Motu proprio, ac consistoria liter, siue etiam per ordinarios collatores, etiam ad patronorum praesentationem, cum interuentu confidentia huiusmodi, siue expresse siue occulte, ac de iure praesumpto, & alias contra praedicta pro tempore factas, nullius momenti fore, nec cuiquam suffragari, sed ecclesias, monasteria, & beneficia huiusmodi ipso iure vacare, ac praedictae dispositioni reservata esse, sicq; per quoscunq; etiam per praesumptiones, & coniecturas legitimas, & alias eorum arbitrio procedendo (cum aliqui consideras huiusmodi in lucem erunt, & probari non posse constare) iudicari & definiri debere, Nec non irritum & inane quicquid secus contingeret a tentari, quemadmodum confectis super his literis suis plenius continetur. Verumtamen propter improbas multorum cupiditates, praedicta, quae ad purgandam hac pernecie ecclesiam, & animarum salutem ab ipso praedeceffore edita sunt, in multis, deprehendimus viam aperuisse grauius delinquendi. Si quidem cum frequentibus plurium querelis pridem concitari, quod iudices in causis huiusmodi confidentiarum expediendis remissiores essent, omnes & singulas causas pias vbicumque, & inter quoscunq; motas ad nos aduocauissemus, ac omnimodam huiusmodi causarum praesentium, & futurarum, & rerumque omnium ex ipsis resolutantum cognitionem nobis & successoribus nostris reseruauissemus, & super quibusdam coram bonis processum fuisset, varijs inde, nec leuibus coniecturis intelleximus vitium quidem confidentiae occulte irrepisse, sed plerisque causis praesumptiones, & coniecturas, quae ad illud probandum deducuntur, minime sufficere, eiusque rei causa plurimos qui ante literarum praedictarum editionem huiusmodi confidentias exercent vbi cognouerunt obstructam veritatem propter difficultates probandi in iudicio confidentias ipsas contempta consultatione praedictae, ecclesias, monasteria, & beneficia sic recepta vt prius retinere, alios fructus, pensiones, & alias res accipere alios eorum exemplo ad similia & grauiora fidentius commoueri: Multi enim ipsa Beneficia iure retinere nequeunt: alij ne cogantur ad sacros ordines, ad residentiam, ad incedendum in habitu clericali, vt ad bellum proficiscantur, vt inimicos occidant; alij vt alieno nomine lites agant, aut defendant; alij propter crimina incapaces: quidam vt purgato delicto, vel absolute consecreti illa repetant.

petant, eadem in alios deponunt, & in plerisque fructus ipsorum aut eis ministrantur, aut quibus ipsi statuunt, sepe laicis, & inhabilibus. Plerique vel senes, vel infirmi, vt beneficia in domibus suis perpetuent, illa renunciant, & renunciant in alios, qui vel profanam familiam seruientium de fructibus ecclesiasticis alant, vel illa etiamnum infantibus, aut nascituris afferuent, facto interdum circuitu retrocessionis, cum reservatione fructuum & aliarum rerum, aut accessu, praesertim ab illis qui praestandorum iurium Camera Apostolicae sunt immunes; alij aut inca paces, aut alijs beneficijs ecclesiasticis onusti, aut mere laici beneficia ecclesiastica alijs conferenda procurant, vt de illis postmodum ad libitum suum disponatur, fructus etiam percipientes illorum. Ad haec plerique ordinarij, & alij collatores, ac etiam patroni laici curant deponenda beneficia, ut fructus, seu pensiones capiant eorundem, alijs ve faciant ministrari. Alia item per multa eiusmodi admittuntur, quibus immaculata rerum diuinarum puritas impie violatur, disciplina ecclesiastica neruus dirumpitur, & imminens patrat exitium animarum. Quare nos volentes periculosam talium audaciam noui iuris subsidio cohibere, praesentium auctoritate statuimus, vt si quis quacumque auctoritate ecclesia, vel monasterium, aut aliud beneficium ecclesiasticum qualecumque ex resignatione, vel cessione cuiuscumque personae simpliciter, aut cum circuitu retrocessionis, cum regressu, vel accessu, etiam sola dimittentis intentione receperit, vt illa vel illud etiam in euentum regressus, vel accessus, eidem dimittenti vel alteri postea conferatur, aut illius fructus, vel eorum pars alij vel alijs concedantur, vel pensiones soluantur, ex eisdem hac confidentialia cessent. Idem si ordinarius, vel alius collator contulerit ante hac, aut conferat in futurum beneficium ecclesiasticum quouis modo vacans, ea conditione tacita, vel expressa, vt postea in alterum pro arbitrio Collatoris, seu alterius cuiuscumque contra iuris communis ordinationem disponatur, siue vt de eo prorsus, fructus illius, vel partem ad utilitatem, vel libitum conferetis vel cedentis, aut alterius relinquat & remittat, seu pensionem illi vel illis, quem vel quos idem collator aut cedens, vel alius per se, vel alium scripto, aut verbo iusserit seu significauerit, persoluat, & pariter si a patrono etiam laico, vel alteri presentatori, seu electori contigerit, aut contingat id fieri. Ad haec si clericus praedictae Camerae, aut Cardinalis, aut alius a solutione iurium ipsius Camerae, vel etiam Cancellariae Apostolicae exemptus, post resignationem, vel cessionem alicuius extranei, de ecclesia, monasterio, vel alio beneficio ecclesiastico in se. Apostolica vel alia auctoritate factam & admissam, illam vel illud etiam confectis literis Apostolicis, & possessione apprehensa, in eandem resignantem, vel cedentem, modico spatio interiecto, veluti duorum aut trium mensium retrocesserit, aut retrocedat, in futu-

rum, & ex illa retrocessione fructus ecclesie, seu monasterij, aut beneficij; vel eorum pars, seu pensio, seu quid aliud super illis reservatum, aut regressus, seu accessus, & ingressus ad illam vel illud ipsi clerico, vel Cardinali, aut alij exempto sit fuerit ve concessus. Postremo si quis crimine aliquo absolutus, aut cum quo super irregularitate dispensatum est, de nullo receperit, quacunq; auctoritate ecclesiam, monasterium, vel aliud beneficium ecclesiasticum, quod ante, vel post commissum delictum, aut contractam irregularitatem dimiserit, in quouis horum casuum confidentia prout eas sit contracta; casusq; huiusmodi literis predictis comprehendantur, ac si illis speciatim expressi fuissent, licet ipsum confidentia crimen alterius tantum partis conscientia sit admissum. Ad probandam vero plene confidentiarum abusum, inter alias etiam hæc præsumptiones, & coniecturæ habeantur legitimæ. Videlicet, Si quis post cessam ab se ecclesiam, vel monasterium, aut beneficium, & publicatam resignationem, seu cessionem, capiam quæsi successoris possessionem, sese in illa, vel illa, seu rebus illius per se, vel alium, seu alios, de facto, ingererit, aut fructus, perceperit, aut quicquidque successori illi, vel eius propinquis ipsos, aut partem aliquam remiserit eorundem. Si recipiens beneficium contingerit dimittentem, vel eius parentes, aut propinquos procuratores ad percipiendum, vel locandum fructus beneficij dimiserit, & illi vel illis de fructibus perceptis, aut percipiendis donationem fecerit. Si vel sola procuratoris depositione, vel libris rationibus mensurarum, ex parte dimittentis, expeditio, quæ personam recipientis concernit, prosecuta sit, simulq; expensæ pro ea necessariæ ab illo factæ fuerint. Denique si quis pro concessione alicuius facta, quacunq; auctoritate de beneficijs ecclesiastico per se, vel alium, seu alios intercesserit, vel alias in negotio non cessionis sese immiscuerit quoquo modo, deinde aliquid de fructibus, talis beneficij de facto, etiam per manus possessoris, ac etiam simplicis donationis titulo perceperit, seu de illo postmodum ad voluntatem intercessoris fuerit dispositum quocumque. Testes autem de quaque re singulares singulas probare valeant præsumptiones, & coniecturæ, pluresq; huiusmodi præsumptiones, & coniecturæ plenam probationem faciant in prædictis. Cæterum criminosis, & cæteri omnes, qui ad prohibendum in casibus Simonie testimonium recipi possunt, ad prædicta omnia admittantur. Sed nē quisquam etiam vana fiducia fretus, non intendendi contra se iudicij, in crimine perseveret, neque hoc malum grauioris censure stimulo, vsquequaque prohibeatur, omnes & singulos, qui hucusq; ecclesias, monasteria, beneficia, fructus, pensiones, alias ve res, intercedente hoc confidentiæ vitio receperunt, ac retinent, nisi statim ad se reuersi, & resipiscentes celeri dimissione sibi prospexerint; & qui quid tale admiserint in futurum, etiam omnibus & singulis alijs ecclesijs, monasterijs, dignitatibus,

tibus, administrationibus, officijs, & beneficijs obtētis, quæ pariter sub
 dicta reservatione comprehendi volumus necnon fructibus, pensionibus,
 & alijs rebus ecclesiasticis, ac etiam Romanæ Curie, & alijs officijs tem-
 poralibus presentium auctoritate priuamus, & ad futura inhabiles decer-
 nimus, & in iuris subsidium ex communicationis sententia innodamus, a
 quâ nullus, nisi in mortis articulo constitutus, ab alio quam a Romano
 Pontifice, absolutionis beneficium ualeat obtinere. Nos enim aduoca-
 tione causarum huiusmodi, & reservatione cognitionis illarum, rerumque
 omnium inde emergentium, nobis, & prædictis successoribus, vt prædi-
 ctum est facta, causis illis duntaxat exceptis, quæ iam coram nobis pen-
 dere noscuntur, ac etiam ijs quas ratione ecclesiarum, & monasteriorum,
 quorum dispositio in consistorio fieri consuevit, aut debet, itemque con-
 tra ordinarios collatores episcopos, & alios superiores prælatos, etiam
 Cardinales haberi contigerit, vt iam alijs nostris literis statutum est, au-
 dieandis, decidendis, & terminandis, harum ferie proffis relaxata, decer-
 nimus ita deinceps quoscumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam
 causarum Palatii Apostolici Auditores, ac prædictæ Romanæ Ecclesie
 Cardinales, sublata eis, & ipsorum cuiuscumque, quauis aliter iudicandi, &
 interpretandi facultate, & auctoritate, vbiq; iudicari, interpretari, & dif-
 finiri debere, necnon irritum & inane quicquid fecus in prædictis per quos-
 cumque, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.
 Quocirca omnibus locorum ordinarijs dillicius iniungimus, vt in suis
 quisque ecclesijs, Ciuitatibus, Dioccesibus, & locis etiam exemptis,
 ad prædicta studiosè attendant, & quatenus illis relaxauimus, in delin-
 quentes seuere animaduertant, si diuinæ maiestatis iudicium, dictæque
 sedis censuram voluerint euitare. In cæteris vero causis, & negotijs no-
 bis, & prædictis successoribus exceptis, eisdem locorum ordinarios
 presentium auctoritate delegamus, vt gratia & favore posititis, pro
 se quisque, cum venerit vsus, contra prædictos omnes sub ipsa exceptio-
 ne comprehensos diligenter inquirent, suoque inquisitiones omnes sig-
 gillo ob signatas ad prædictam sedem quam primum transferant, vt nos
 & prædicti successores in causis huiusmodi procedentes, quod iustum
 fuerit decernamus. Nos enim singulis ordinarijs ipsis, prædictos omnes
 & quoscumque alios, etiam exemptos, etiam per edictum publicum,
 constituto prius summarie, & extrajudicialiter de nõ tuto ad illos acces-
 su, citandi, & monendi, eisque, ac iudicibus ordinarijs, & delegatis, alijs-
 que personis quibuscumque, ne prædictorum executionem quoquo mo-
 do expediant, vel alias in illis sese interponant, etiam per simile edictum
 inhibendi, eosdemque ac alios contradictores, & rebelles quoscumque per
 censuras, & pœnas ecclesiasticas, ac omnia alia iuris & facti remedia op-
 portuna compellendi, auxilium brachij secularis, quando cunque opus
 erit,

erit, inuocandi, ceteraque in prædictis omnibus & singulis necessaria faciendi, & exequendi, plenam & liberam tenore præsentium concedimus facultatem. Non obstantibus f. l. recor. Bonifacii Papæ octani prædecessoris nostri de vna, & in concilio generali edita de duabus dietis, alijsq; apostolicis constitutionibus, & ordinationibus, quodque episcopis, collatoribus, & prælatis prædictis, etiam Cardinalibus, vel quibusvis alijs communiter vel diuifim a prædicta fide sede induleum, vel in posterum indulgeri contingat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, aut contra indulta huiusmodi ad iudicium trahi nõ possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, & ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet alijs priuilegijs, indulgentijs, & literis Apostolicis, generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, aut in totum non inserta esse cõtus præsentium, aut attributa prædictis ordinarijs iurisdictionis explicatio, seu exercitium, vel executio impediri valeat quomodocunq; vel differri, & de quibus quorumcunque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis, ceterisque contrarijs quibuscunque, Literis prædecessoris huiusmodi nihilominus in suo robore duraturis. Volumus autem vt præsentium exempla etiam impressa edantur, eaq; notarij publici manu, & cuiuscunque curiæ ecclesiasticæ, eiusve prælati sigillo obfignata, eandem illam prorsus fidem in iudicio, & extra vbique locorum faciant, quam ipse præsentibus facerent, si essent exhibita vel ostensa. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre priuationis, statuti, decreti, innodationis, iniunctionis, delegationis, concessionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursum.

Dat. Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicę millesimo quingentesimo sexagesimo nono, Kal. Iunij, Pontificatus nostri Anno quarto.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Anno a Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo nono, indictione duodecima, die vero Sabbati sexta Augusti, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno quarto, Retroscriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicarum Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellarię Apostolicę, & in acie Campi Floræ, vt moris est, dimissis in omnibus supra-

vinentes, cum prædictis pariter contineri. At quicumque pensionem, fructus, aut alias res ecclesiasticas vt clericus percipit, etiam modo prædicto ad dicendum officium paruum Beatæ Mariæ Virginis decernimus obligatum, & pensionum, fructuum rerumque ipsarum amissioni obnoxium, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, declarationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Romæ, Apud sanctum Petrum. Anno incarnationis Domini Mille mo quingentesimo septuagesimo primo, duodecimo Kal. Octobr. Pontificatus nostri Anno sexto.

Ca. Glorierius.

H. Climyn.

SANCTISS. D. N. D. PII PAPAE V.

Renocatio priuilegiorum, & statutorum quod fructus beneficiorum primi anni, aut alterius temporis ex quo vacarunt, cedant capitulo, vel alij loco. Qui vero sunt concessi fabricæ, seu sacristiæ, seu pro vsui ultra semestre, deinceps sint illi pro dimidia, reliquum capiat beneficiatus.

PIVS EPISCOPVS, SERVVS

seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.



VDVM. nimis, & incommodum arbitramur, quod Ecclesiarum ministri in ijs quæ ad ipsorum sustentationem suppeditant, dispendia patiantur. Quocirca cum hanc ad rem, simulq; prohibendam ab Ecclesia Dei auaritiæ prauitatem, editas ante hac sanctiones, minime satis esse intelligimus,

nouæ

in noua constitutionis subsidio cogimur prouidere. Cum itaq; alias ex plu-
 rium Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum constitutionibus, aut
 ex praua consuetudine obseruari intelligeretur, ut in electione, presenta-
 tione, nominatione, institutione, confirmatione, collatione, vel alia pro-
 uisione, siue admissione ad possessionem alicuius Cathedralis Ecclesie,
 vel beneficii, canonicatum, aut prebendarum, uel partem prouentuum,
 seu ad distributiones quotidianas certæ conditiones, seu deductiones ex
 fructibus, solutiones, promissiones, compensationes, uel lites, aut etiam
 quæ in aliquibus Ecclesijs dicuntur turno uel uicra, interponerentur, li-
 cet Sancta Synodus Tridentina hæc detestata mandauerit Episcopis, ut
 quæcumq; huiusmodi in usus pios non conuerterentur, atq; in usus eos
 qui simoniaca labis, aut sordide auaritiæ suspicionem haberent, fieri
 non permitterent, ipsiq; diligenter de eorum constitutionibus, siue con-
 suetudinibus super prædictis cognoscerent, & illis tantum quas proba-
 rent exceptis, reliquas ut prauas & scandalosas rejicerent, eos uero qui
 aduersus prædicta quauis ratione commississent, poenis contra simoniacos
 editis teneri decreuerit, Multorum tamen in domita cupiditate tam
 prædicta, quam alia ad beneficium, & commodum ipsorum ministrorum
 edita, aut omnino contemnuntur, aut in varios sensus tradata perperam
 eluduntur. Quare nos pro diuini cultus exercitio, simulq; eubicatorum
 ad idum auxilio plenius euidentiusq; consulendum fore rati, reuocamus
 & abolemus omnia & quæcumq; privilegia, consuetudines, & statuta qua-
 rumcumq; Ecclesiarum Cathedralium & Metropolitanarum, ac maio-
 rum, necnon Collegiatarum, etiam iuramento, confirmatione Apostoli-
 ca, aut alio quouis præsidio munita, ac etiam supra hominum memoriã,
 & longissimo ac quanto cumq; tempore, etiam continuo obseruata, siue
 pro persollendis Ecclesiarum uel Prælatorum debitis, siue pro suppor-
 tandis illorum oneribus, siue alijs etiã maioribus, maximis, & uigentissi-
 mis causis concessa, & approbata, ac etiam multiplicatis vicibus in noua
 titibus, canonicatibus, præbendis, portionibus, beneficijs, & officijs, fru-
 ctus, ac etiam quotidianæ distributiones ex eis primo ab ipsa uacatione
 anno, aut longiore, uel etiam breuiore tempore prouenturi, Mensæ Epi-
 scopali, seu Capitulari, alio uel loco in egre, uel partim remaneant, seu ap-
 plicentur, aut in communes usus cedant, seu inter alios canonicos & per-
 sonas Ecclesie, seu Capituli diuidantur, Quodq; nullus etiam apostolica
 auctoritate promissus in canonicum recipi, aut ad dignitatem, seu portio-
 nem, beneficium, uel officium admitti, uel alibi in eius possessionem in-
 duci possit, nisi prius de obseruandis huiusmodi privilegijs, consuetudi-
 nibus, & statutis iuramento præstiterit, & obiectæ illorum derogatio-
 nis ac fructuum, & distributionum perceptioni renunciauerit, seu Capitu-
 lo, &

.Ió, & personis prædictis deſſerit, ſeu (vt appellatur) dulciaria, aut quid
 aliud præſtiterit, Quorum omnium tenores, cauſas, & effectus habemus
 præſentibus præexpreſſis, quibuſcunq; illa concepta ſint formulis, nec
 non irritantibus, & alijs decretis, roborata, Volentes ea omnia uires &
 effectum de cetero non habere. Præcipimus igitur & interdiciamus omni
 bus Episcopis, Capitulis, Collegijs, & personis ad quos id pertinet, ne
 poſthac fructus, aut diſtributiones huiusmodi, nec prorsus vllam eorum
 partem retineant, neue ipſorum ceſſionem, uel renunciationem, aut dul-
 ciaria, uel alia quomodoſcunq; petant, uel exigant, aut quemquam ſiue
 ordinaria, ſiue apoſtolica auctoritate prouiſi, ad præſtandum huiusmo-
 di iuramentum inducant, aut illi prædicta non facienti poſſeſſionem im-
 pediant, uel remorentur. Quicumq; contrafecerint, ſi Eccleſiarum, An-
 ſtitutes, tandiu a Pontificalis officij exercitio, ſint ſuſpenſi, donec ſatisfa-
 ctione præuia illis per ſedem apoſtolicam ſuſpenſio relaxetur. Capitula
 uero, & collegia quæcunq; eccleſiaſtico ſubiaceant inter dicto, ac ſingula-
 res perſonæ in excommunicationis ſententiam incurrant, a qua niſi in
 mortis articulo conſtituti, ab alio quam a Ro. Pont. abſolutionis benefi-
 cium nequeant obtinere. Decernentes huiusmodi prædicta iuramenta
 non tenere, nec quæquã illis obligari, quinimo iurantes in huiusmodi cen-
 ſurâ incidere, nec non irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his, p quos-
 cunq; ſcienter, uel ignorâter contigerit attentari. Et nihilominus ſtatui-
 mus, vt vbicunq; huiusmodi fructus, & diſtributiones fabricæ, uel fa-
 criſtiæ, aut alterius pſij loci uſibus ultra ſemeltre tempus reperiuntur con-
 ceſſi, horum duntaxat dimidia pars ipſi ſacriſtiæ, uel fabricæ, aut pro loco
 ſeinceps tribuatur, alteram uero beneficiati prædicti integre percipiant.
 Non obſtatibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis con-
 trarijs quibuſcunq; Aut ſi aliquibus communiter, uel diuiſim ab apo-
 ſtolica ſic ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, uel excommunicari
 non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam,
 ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem, Decreto præ-
 dictæ ſynodi, ac etiam conſtitutione ſe. rec. Ioannis Pape xxij. quæ incipit,
 Suſcepti, & alijs iuribus hac de re diſponentibus, nihilominus alias
 in ſuo robore duraturis. Ceterum per prædicta non intendimus illis præ-
 iudicare Capitulis, Collegijs, menſis, aut personis fructus & diſtribu-
 tiones inter vacationem beneficiorum, & eorum collationem, ſiue poſ-
 ſeſſionis apprehenſionem provenientes ex ſtatuato, conſuetudine, uel pri-
 uilegio huiusmodi percipientibus, uel retinentibus, quo minus ipſi illos
 interim vt antea, exigere ualeant & habere. Poſtremo volumus, vt præ-
 ſentium exempla etiam impreſſa, Notarij publici manu, & Prælati eccle-
 ſiaſtici, cuius ſue curiæ ſigillo obſignata eandem illam prorsus fidem ubiq;
 locorum in iudicio, & extra illud faciant, quam facerent ipſamet præ-
 ſentes.

sētes si essent exhibitę uel ostēse. Nulli ergo omnino hominū liceat hęc paginam nostrę reuocationis, abolitionis, præcepti, interdicti, decreti, statuti, intentionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis, Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romę, apud sanctū Petrum, Anno incarnationis dominicę millesimo quingentesimo septuagesimo, Pridie kal. Iulij. Pontificatus nostri Anno Quinto.

Ca. Glorierius.

H. Cumyn.

Anno a Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo septuagesimo Indictione tertiadecima, Die uero tertiadecima Iulij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papę quinti Anno Quinto, Retroscriptę literę apostolicę affixę & publicatę fuerunt ad ualuas Principis Apostolorum de Vrbe, ac ad ualuas Ecclesię S. Ioannis Lateranen & ad ualuas Cancellarię Apostolicę, & in acie campi Flore, per nos Scipionem de Ostauanis, & Antonium Clerici Cursores Apostolicos.

Stephanus de Olea Magister Curforum.

ORDINATIO S. D. N. PII PAPAE V.
 Quod Mandata quę in forma Significauit proferum subtractarum seu illas subtrahentium restitutione fiunt, ad eorum quorum interest duntaxat instantiam expediantur.



ANCTISSIMVS in Christo pater & dominus noster dominus Pius diuina prouidentia Papa V. Volens super expeditione mandatorum, quę sunt in forma Significauit, proferum subtractarum, & illas subtrahentium restitutione, seu illarum, & illas subtrahentium restitutione mandatum

dum & formam habuerit (in mente iudicij reservatione officij Corre-
 ctoris literarum contradictarum a Sanctitate sua edita) presentem quod
 perpetuo observari uult scripto ordinat, ut mandata pro restitutione
 seu reuelatione huiusmodi denentur (modo super illis supplicationes in
 presentia sue Sanctitatis signate fuerint) ad eorum dumtaxat instantiam,
 quorum ciuilibiter interest. Quae supplicationes, rem ipsam de qua agitur,
 reique ualorem nominatim & specificè exprimaunt, nisi forte sint pro ec-
 clesijs, locis pijs, communitatibus, vniuersitatibus, Collegijs, aut uni-
 uersalibus successoribus, quos uerisimile est certam rerum notitiam non
 habere, tunc etiam in hoc ipsa Personarum qualitate expressa, ita denum
 ferri poterit quaedam in genere designatio rerum, si designatio neque ni-
 mis uaga, & incerta, atque adeo inuerisimilis sit, & tamen ostendat res
 ipsas (id quod praecipue in omnibus attendendum est) minime vulga-
 res exilire. Committantur autem Episcopo ordinario loci uel eius
 Vicario in spiritualibus generali sub hac forma uerborum quae est ex
 Concilio Tridentino, uidelicet. Si causa diligenter & magna maturitate
 per ipsum examinata pro rei, loci, temporis, & personae qualitatibus
 sibi pro sua conscientia uidebitur expedire. Decernens iuramentum &c.

Placet, publicetur, & describatur. M.

*Lecta, & publicata fuit suprascripta regula Romae in
 Cancellaria apostolica Anno incarnationis dominicae mil-
 lesimo quingentesimo septuagesimo, Die uero Martis
 uigesima septima mensis Junij, Pontificatus praelibati
 Sanctis. D. N. Pij diuina providentia Papae quinti,
 Anno quinto.*

Jo. Lomellinus Custos.

S. D. N.

S. D. N. D. GREGORII P. P. XIII.

Reuocatio omnium licentiarum ingrediendi
 Monasteria Monialium & Virorum & prohibi-
 tio Ne habentes licentias ab Episcopis vel su-
 perioribus in casibus necessarijs, ingrediantur
 Monasteria Monialium, nisi vrgentibus neces-
 sitatibus.

GREGORIVS EPISCOPVS,

seruus seruorum Dei, Ad futuram
 rei memoriam.



BI gratie & indulta ab hac sede concessa successu temporis
 incommodum afferre noscuntur: expedit illis subiri pre-
 sentis consilio submoueri. Proinde sanctimonialium quie-
 ti, & tranquillitati consulere, ac omnia que illas a spirita-
 lium rerum cogitatione, & exercitio auocant, impedi-
 ta tollere, periculaq; & scandala ab eis remouere cupientes, auctoritate
 presentium reuocamus, & abolemus omnes & quascunq; licentias ac fa-
 culcates ingrediendi Monasteria, Domos, & loca Monialium, ac etiam
 Virorum quorumuis ordinum, quibusuis etiam Comitissis, Marchio-
 nissis, Ducissis, & alijs cuiuscunq; status & conditionis mulieribus, ac
 etiam omnes & quascunq; licentias ingrediendi Monasteria, Domos, &
 loca ipsarum Sanctimonialium, quibuscunq; viris etiam eiusdem status
 & dignitatis tam a predecessoribus nostris, quam etiam a nobis, & Sedis
 Apostolice Legatis, aut alijs ex quibusuis quantumcunq; vrgentibus
 causis sub quibuscunq; tenoribus, & etiam derogatorijs derogato-
 rijs, reuocatorijs restitutorijs, alijsq; efficacioribus clausulis, irritan-
 tibusq; & alijs decretis etiam Motu proprio & ex certa scientia, deque
 Apostolice potestatis plenitudine, atque ad Imperatoris, Regum, Re-
 ginarum, aliorumve Principum contemplationem vel supplicationem
 concessas, confirmatas, ac etiam iteratis vicibus renouatas: Cassamus-
 que & annullamus literas desuper confectas, & processus habitos per
 eandem. Inhibentes eisdem, qui illas obtinuerunt, sub excommunica-
 tionis pena ipsa facto incurrenda, super qua a nemine nisi a Romane
 Pontifice

Pontifice (præterquam in mortis articulo) absolutiois beneficium pos-
 sit impertiri, ne ipsæ in licentiarum Monasteria huiusmodi
 quouis modo ingredi audeant. Abbatissis vero, necnon Abbatibus, Con-
 uentibus, ac alijs Monasteriorum vtriusque sexus superioribus, & per-
 sonis quocunq; nomine vocentur, districte precipimus sub eadem ex-
 communicationis pena, necnon priuationis dignitatum, beneficiorum,
 & officiorum suorum, ac inhabilitatis ad illa & alia in posterum obtinen-
 da, ne in Monasteria, Demos, & loca sua quenquam prætextu huiusmo-
 di licentiarum & facultatum ingredi faciant vel permittant. Quin etiã
 sub eisdem po. nis ipso facto incurrendis prohibemus, atque interdici-
 mus omnibus & quibuscunq; personis ecclesiasticis & secularibus, ac
 etiam ordinum quoruncunq; etiam mendicantium regularibus, ne
 prætextu licentiarum ab Episcopis, vel Superioribus, quibus illas con-
 cedendâ in casibus necessarijs tantum ex decreto Concilij Tridentini tri-
 buitur, ne Monasteria ipsa Monialium prohibito, sed necessitatibus vr-
 gentibus duntaxat ingredi, neve moniales sub eisdem po. nis illos aliter
 admittere præsumant. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus
 & ordinationibus apostolicis, Monasteriorumque & ordinum prædicto-
 rum inrauento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia ro-
 boratis fiatutis & consuetudinibus, priuilegijs quoq; exemptionibus,
 & indultis apostolicis, illis eorumq; Superioribus prædictis, ac alijs qui-
 buscunq; per quoscunq; Romanos Pontifices prædecessores nostros,
 ac nos, & dictam Sedem sub quibuscunq; tenoribus & formis, ac cum
 quibusuis clausulis & decretis concessis, confirmatis, ac etiam iteratis
 vicibus, innouatis; quibus omnibus, eorum tenores, perinde ac si ad
 verbum infererentur, præsentibus pro sufficienter expressis habentes,
 illis alias in suis robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & ex-
 presse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscunq;. Quoniam au-
 tem difficile esset præsentibus ad omnia loca perferri, volumus earû exem-
 plis etiam impressis manu Notarij publici, & sigillo personæ in dignita-
 te ecclesiastica constituta munitis, eandem fidem in iudicio & extra il-
 lud vbique locorum adhiberi, que adhiberetur præsentibus, si essent ex-
 hibite vel ostensa. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam
 nostre reuocationis, abolitionis, cassationis, annullationis, inhibitionis,
 præcepti, prohibitionis, interdicti, derogationis, & voluntatis infringere,
 res, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præ-
 sumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pau-
 li Apostolorum eius se nouerit incursum. Dat. Romæ apud sanctum
 Petrum Anno incarnationis Dominicæ M. D. LXXV. Idibus Iunii,
 Pontificatus nostri Anno Quarto.
 Ca. Glorierius.
 M. Dararius.
 A. de Alexijs.
 Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno a Natiuitate Domini Milleſimo quingteſimo ſeptuageliſimo quinto, indictione tertia, Die vero vigefimoquarto menſis Iunij, Pontificatus autem Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno quarto, Retroſcriptæ literæ Apoſtolicę publicatę & affixę fuerunt ad valuis Eccleſię S. Ioannis Lateranenſis, ac baſilicę Principis Apoſtolorum de Vrbe, & Cancellarię Apoſtolicę, ac in acie Campi Florę, per nos Scipionem de Octauianis, & Ioannem Andream Panizzam apoſtolicos Curſores.

Ioannes Freile Magiſter Curſorum.

F I N I S.

REGISTRVM.

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,
Aa Bb Cc Dd Ee Ff

Omnes ſunt duerniones.



At the Court of the King of France

~~Paris, the 15th of the month of August,~~
L'année, républicaine

